Queritur tertio ⁊ vltio. Utrū generatio filij sit ſm rationē exemplaritatis. Termini declarādi sunt duo scȝ Ratio ⁊ Exemplar. Pro primo nota ꝙ ratio potest capi septē modis. Primo modo pro diffinitione qdditatiua alicuius diffiniti: sic accipit aristoteles in pdicamentis cum dicit. Uniuoca sunt quoꝝ nomē est commune ⁊ ratio substātie eadem ⁊c. Propositio. Sic nō capitur ratio in propositio. Secundo accipitur ratio pro potētia ratiocinatiua: ⁊ illa potētia dicit intellectus contra aliquos antiquos doctores qui posuerunt ꝙ potētia rōcinandi esset alia potentia ab intellectu. Tertio capitur ratio pro aliqua oratione complexa ostēdente aliqd de aliquo. Propō. Isto modo est quecunqȝ oratio ostendens cōclusionem per premissas. Correlarium. Illo mō proprie syllogismus dicit rō. Quarto mō capit ratio pro forma alicuius rei. Et sic forma cuiuscūqȝ rei dicit ratio cognoscendi rem illā siue materiam. ¶ Regula. Ois cā siue itrīseca siue extrinseca alicuius rei pōt vocari ratio. Illo mō capitur ratio ī titulo questionis nostre. Quinto mō accipitur ratio pro essētia cōmuni pluribus. Propositio. Illo mō. Essentia generis vel speciei dicit ratio. Quare dicit natura siue eēntia ratio. Respōdeo. Ideo: qꝛ ē obiectū rationis. Sexto modo accipit ratio ꝓ medio inferendi ꝯclusionem. Et sic capit ratio in diffinitōne argumenti vbi dꝛ. Argumentū est rō rei dubie faciēs fidē. Et illo mō differt rō a tertia acceptione. qꝛ ibi accipit ꝓ syllogismo: hic vero ꝓ medio tm̄. Septimo ⁊ vltimo capitur ratio ꝓut idē est ꝙ modus vel conditio. Et illo mō accipit cōiter quādo soliti sumus dicere. Res pōt considerari dupliciter. Uno mō sub ratiōe ⁊c. Alio mō sub rōne ⁊c. ¶ Propositio. Illo mō ratio accipitur in ꝓposito. ¶ Notandum ꝙ Agens est duplex ſm rei veritatem: videlicet: Efficiens per naturam ⁊ efficiens per exemplar. Agens siue efficiens per naturam Est agens per intellectuȝ. Agens vero per exēplar est agens qđ agit per intellectum ⁊ voluntatem. ¶ Nota ista cōuertunt. Agens ꝑ intellectū: agēs ꝑ artem: agens ꝑ voluntatē agens liberū: agens a ꝓposito: ⁊ agēs ꝑ exemplar. Omnia ista sunt omnino idē. ¶ Qn̄ ergo querit doctor Seraphicus Utrū filij generatio fit ꝑ exemplar: querit an sit ꝓductus ꝑ exemplar. Uel an pater agens sit ꝑ volūtatē. Correlariū sequit. Qꝛ nō sūt ponēde tres cāe distincte realiter efficiens: exēplar: ⁊ finalis. Patet qꝛ causa exemplaris nihil aliud ē nisi quoddā efficiens ꝑ intellectū. Notandū ꝙ antiq doctores posuerūt deū esse cām creature in triplici causaruȝ genere. videlicet. Efficiētis. finalis. ⁊ exemplaris. ¶ Propositio. Deus est cā exēplaris omniū rerū patet: qꝛ illud dicit esse agens siue causa exēplaris quod agit ꝑ intellectū: sed deus est huiusmodi. ergo ⁊c. ¶ Secūdus terminus est exemplar. Ubi notanduȝ ꝙ exemplar ⁊ imago ⁊ potest capi dupliciter. Uno mō large. Et illo mō idē sūt imago ⁊ exēplar. Alio mō stricte. Et sic imago ꝓprie est in aliq̄ ꝓducto exꝓsse repsentante aliqd. ¶ Correlariuȝ. Quādocunqȝ aliquod ꝓductū expresse repsentat aliqd dicit imago. Sed exemplar stricte dicit illō quod est in aliquo producente perfecte representans aliquid. Et sic videmus aliqualem differentiam magis grammaticalem ꝙ̄ realem.

Resolutio questionis. Aliquid ꝓcedere ꝑ modū voluntatis pōt intelligi dupl'r. Unomodo nō ꝙ sit ipsa liberalitas: sed qđ sit vel datur ex liberalitate. ¶ Prima ꝓpositio. Omnes creature sic ꝓcedunt a deo. Liberalis dicit ille qui dat non expectando redditionem. Alio mō procedit aliquid ab aliquo ꝑ modū liberalitatis. Ita ꝙ ipm̄ sit ipsa liberalitas vel amor. ¶ Secunda propositio. Spiritussanctus. Illo modo ꝓcedit per modū liberalitatis. patet: qꝛ est ipse amor ⁊ donum ⁊c. ¶ Secunda distinctio. Aliquid ꝓcedere per modū exēplaritatis pōt intelligi duobus modis. Uno modo sicut exēplatū a causa exemplari. Illo modo dicit procedere quod causat a cā per modū exemplaritatis. Et illud dicit effectum illius cause exemplaris. vt patet de domo causata ab artifice. ¶ Tertia propositio. Generatio filij in diuinis. Illo modo nō est ſm rationē exemplaritatis. immo nec spiritussanctus a patre ⁊ filio sic dicit productus per modū exemplaritatis. Patet: qꝛ nō ꝓcedit a patre ⁊ filio inquantū causatū a causa: nec essentialiter distinguitur ab eis. Alio mō aliquid dicitur procedere ab aliquo ꝑ modū exemplaritatis: vt ratio exemplaritatis. ¶ Quarta propositio. Illo modo generatio filij in diuinis est ſȝ ratiōem exemplaritatis. Probatur: qꝛ filius producit a patre tanꝙ̄ noticia genita. Et iō dicitur ꝓcedere per modum exemplaritatis. Hoc idem patet ꝑ auctoritatem Augustini in littera. Filius est plena ars viuentium omnium. Ideo communiter dicit. Qui negat ydeam in diuinis negat filium dei.

Pro solutione argumētorum. Notandum ꝙ quelibet natura creata vel creabilis antequā producatur in esse. est in mente diuina. viuens ⁊ vita: ⁊ dicitur viuere ⁊ viua. Probatur per illud Johannis primo capitulo. vbi dicitur. Quod factum est. idest creaturā. in ipso vita erat. Unde lapis cognitus in mēte diuina secūdū esse cognituȝ dicitur vita eterna. ¶ Regula. Omne obiectum cognitum participatiue tale habet esse ab intellectiōe: quale esse habet ipsa intellectio formaliter. ¶ Ydea alicuius rei nihil aliud est nisi esse cognitum Et sic deus dicitur artifex omnium. Notandum ꝙ ydee non sunt propria sed appropriata. Quia non minus sunt in patre ⁊ spiritusancto quam in filio: licet appropientur ipsi filio. ¶ Correlariū. Quandocūqȝ dicitur filius est ars patris vel est noticia patris intelligitur de appropriatis. Nota nulla ratio for

malle causandi creaturas est ppria filio. Sed omnis talis est cōmunis tribus personis. Probatur per Augustinum. Pater filius & spiritussanctus sūt vnus creator: sicut sunt vnus deus &c.

Circa distinctionem septimā. Primo queritur Utrū posse generare in diuinis dicat quid vel ad aliquid. Termini declarandi sunt. Posse generare. quid. & ad aliquid. ¶ Notandum primo φ omnis questio vt sit bona oportet primo φ presupponat certū aliquod. Secundo φ querat dubium ex septimo metaphisice. Unde nulla est questio. Utrum homo sit asinus vel vtrum lapis currat: quia actus currendi non potest competere lapidi. ¶ In hac igitur questione vnum supponitur aliud queritur. Suppositum ergo huius questionis est certum theologis. videlicet φ potētia generatiua vel posse generare sit in diuinis. Et ideo queritur dubium. Utrum sit quid vel ad aliquid. ¶ Quero ergo. Utrum posse generare sit in diuinis. ¶ Arguitur φ nō. Probatur. Quia posse generare non est nisi respectu possibilis. Sed in diuinis nihil est possibile. ergo in diuinis non est posse generare. Maior patet. Quia generatio i diuinis nō est respectu impossibilis: sed est respectu possibilis. Minor probatur. Quia quicquid est in deo realiter necesse est esse. Necessarium autem opponitur possibili. ¶ Pro quo notandū φ possibile pōt capi tribus modis. Primo prout opponitur īpossibili. ¶ Propositio. Illo modo possibile dicitur de quolibet ente siue complexo siue incōplexo. ¶ Correlariū. Deū illo mō eē est possibile. Secundo modo capitur possibile pro illo qd non est necessarium ex se. Et sic capitur ab Auicen. vi. metaph. Propositio. Illo mō nihil est in deo possibile: conuertitur enim hoc modo cum contingēti. Tertio modo capitur possibile prout oppōitur necessario a se. Propositio. Illo modo filius in diuinis est possibilis. similiter spiritussanctus. Et tñ pater nō est possibilis illo modo. Ualet enim tātū sicut originatum vel productum. ¶ Nota vlterius φ necessariū est duplex. scz. Ex se formaliter. & ex se & a se. Propositio. Primo modo (scz ex se formaliter) pater est necessarius: similiter filius & spiritussanctus: patet qz quelibet persona est deus & deitate formaliter est quelibet psona necessaria. Patet hoc. Quicquid enim habet entitatē formaliter necessariam dicitur necessarium ex se. Secundo modo est aliquid necessarium ex se & a se qd scz nō habet esse ab alio. Propositio. Illo modo solus pater est necessarius. patet. Quicquid ei habet filius habet a patre: cōsimiliter de spiritusancto. Pro quo nota propositiones sequentes. ¶ Prima propositio. Possibile primo modo captum non est terminus potentie actiue siue generatiue siue spiratiue dei ad intra. Patet: qz possibile illo modo captum continet sub se omnia etiam necessaria. Et hoc modo deum esse est possibile. Sed deus non est eē terminus alicuius potentie actiue. ergo &c. ¶ Secūda propositio. Possibile. secundo modo captū nō est terminus potentie actiue adequatus correspondens ipsi potentie in diuinis ad intra. Est tamen terminus adequatus pot actiue correspōdēs ipi ad ex. Et dicitur a Sco. possibile causabile qd est obiectū omnipotentie qd scz distinguī potest essentialiter ab ipsa potentia. ¶ Correlarium. Posse generare in patre non cadit sub omnipotentia. patet: qz inter omnipotentiam & terminum suum semper est distinctio essentialis: filius autem est idem essentialiter cum patre. nec est causabilis. qz omne causatū distinguit essentialit a sua causa. ergo &c. ¶ Tertia propositio. Possibile tertio modo captum scz prout opponitur necessario a se. Est terminus primus correspondens correlatiue potentie actiue in diuinis ad intra. patet qz illo modo filius & spiritussanctus dicuntur possibiles cū nō sint necessarij a se. Et possibile illo modo dicit quoddā originatū vel productum vt supra patuit. ergo &c. ¶ Conclusio rnsalis pro termino. ¶ Correlariū. Bene primo ergo supponit doctor seraphicus querēs. Utrum posse generare in diuinis dicit quid vel ad aliqd. ¶ Secundus terminus declarandus est. Quid. Ubi nota φ Quid pōt capi dupliciter. Proprie videlicet & large. Proprie capitur pro rōne formali & qdditatiua alicuius rei: vt homo est animal ratiōale. Propositio. Illo modo. quid est concretum: qdditas vero abstractū. Et isto modo non capitur in questione eo φ non distinguitur seu opponitur ipsi ad aliquid. In omni enim genere reperit quid. In omni enim genere sunt differentie. spēs & genera que habent diffinitiōes explicantes essentialia sua diffinitoꝝ & quidditatem rei. Unde Boetius diffinitio est que indicat quid est esse rei per essentialia &c. Alio modo capitur quid large pro entitate absoluta. Et hoc modo capitur in questione. Unde sensus questionis est: Utrum posse generare. i. potētia generandi dicat absolutū vel respectiuū. ¶ Tertius terminus est ad aliquid. Pro cuius fiel lectu nota φ Ad aliquid capit tripliciter. Pro p se significato videlz & p denomīato & p vtroqz. Primo capitur Ad aliquid pro per se significato. scz quando capitur pro solo respectu vel pro sola relatione. ¶ Prima ppositio. Hoc modo paternitas dicit ad aliquid. ¶ Secūda propositio. Illo modo Accipit philosophus ad aliquid in pdicamentis. dicens Ad aliquid talia dicuntur que cūqz hoc ipsum qd sunt aliorū dicunt: vel qmodolibet aliter ad aliud. Correlariū. Hoc mō capit ad aliqd in pnti qone. Scdo capit p denoīato scz p fundamēto qd refert relatiōe: vt p iohāne q est pater nicolai. Tertio capit ad aliqd p vtroqz. i. p denoīato vt subest relatiōi siue pro aggregato ex vtroqz.

Resolutio questionis. Nota φ doc. sera. pro questionis resolutiōe tres ponit

ponit opiniones. ¶ Prima opinio potest reduci ad vnaȝ distinctionē ⁊ duas propositiones. ¶ Distinctio ē hec. Potentia generandi in diuinis est duplex siue potest capi dupliciter. Uno mō pro potētia nuda. Et dicitur illa que est idifferens ad generare. ⁊ nō generare. ¶ Prima propositio. Potētia generandi accepta vt nuda in diuinis dicit entitatē absolutā. Et sic dicunt ꝙ potentia generatiua vt nuda est i patre: filio ⁊ spūsancto. Ecce venenum. Alio modo capitur potentia generādi in diuinis vt disposita. Et illa dicit solum esse in patre. ¶ Scḋa propositio. Potentia generandi vt disposita dicit entitatem respectiuam. Hec opinio efficaciter improbatur a docto. seraphico. Generatio eniȝ filij dei est summe necessaria ⁊ summe determinata ad esse. ergo ⁊c̄. Itē In quocūqȝ est potentia vt nuda in eodem etiam disponitur ⁊c̄. ¶ Secunda opinio est magistri ⁊ satis pbabilis. Et breuiē consistit in tribus vel quatuor propositiōibus. ¶ Prima propositio. In diuinis non differūt posse ⁊ eē potentia ⁊ essentia. ¶ Scḋa propositio. Quemadmodū ḡ essentia ⁊ potētia dicūt qd sic ēt eē ⁊ posse dicūt qd. Uñ sicut essentia in patre ⁊ filio nō pluraficatur sed eadē est: sic ⁊ poᵃ. ¶ 3ᵃ ppō. Eadē est potētia q̄ pᵉ pōt gñare filiū: ⁊ eadē est potētia qua filius potest generari a patre. ¶ Quarta propositio. Licet posse generare dicat aliquid absolutū tñ cōnotat respectū ad personam. Unde potentia seu posse trahitur p verbū actiuū ad psonam patris. Per verbū passiuū trahit̄ ad filiū. ¶ Tertia opinio. Et est modernoꝝ magisqȝ probabilis ⁊ stat etiaȝ in aliqbus ppōnibᵘ. ¶ Prima ppositio. Potentia generādi in diuinis nō dicit qd: sed ad aliqd. pbatur: qꝛ Quicqd dicit habitudinē vnius ad alterū dicit ad aliqd. sed potentia generādi dicit habitudinē vniᵘ ad alterū. ḡ ⁊c̄. ¶ Secūda ppositio. Duplex est habitudo in diuinis. Quedā est psone ad psonā. Et oīs talis realis. Uñ dicunē habitudines simpliciter. Alia habitudo in diuinis. Est essētie diuine ad creaturā. Et oīs talis est p intellectū siue relatio rōnis. Hoc est qd dicit ista sancti bonauēture. ¶ Tertia ppō. Principiū in diuinis capitur dupl̄r. Essentialr̄ videlicet ⁊ notioālr̄. Essentialiter vt qñ potentia dei cōparatur ad creaturā tūc est essentiale. Si vero cōparet̄ ad itra tūc est notionale. Sed principiū in diuinis capitur notionaliter qñ videlicȝ est habitudo iter psonas. ¶ Quarta ppō. ⁊ responsiua. Potentia ḡ gñatiua filij dicit ad aliqd vel relationem que ē propria patri. Hoc eni mō. Potētia gñatiua nihil alio dicit q̄ fecūditatē naturalē qua pᵉ pducit filiū siue generat. Potētia filij spiratiua ⁊c̄. ¶ Nota vlterius ꝙ esse capit̄ dupl̄r. Uno mō eni. Sum es est. facit ppositionē de est scḋo adiacēte. vt hō est. Alio mō facit ppōnē de est tertio adiacente qñ videlicet aliud est predicatū māle ab h̄ verbo sum es est. vt scotus est in opinionē alicuius doctoris. Itē Scotus viuit; vt doctor Primo mō h̄ verbum est sigt existentiam actualē qñ scȝ facit ppōnē de est scḋo adiacēte. Et est terminᵘ kathegorematicus. Qñ aūt hoc vbū est facit ppōnē de est tertio adiacente: tūc nō dicit actualē existentiam sed solū dicit habitudinē pdicati ad subiectuȝ. Et est terminᵘ sinkathegorematicus. Unde regula bonauen. Qñcunqȝ ḡ arguitur ab est de tertio adiacente ad est secundum adiacens rōne illius verbi est committitur fallacia figure dictionis. qꝛ mutat̄ terminᵘ sinkathegorematicᵘ in terminū kathegorematicū. Et licet valeat arguere. Hō est albᵘ. ḡ hō est. h̄ tñ nō est nisi rōne mãe. qꝛ pdicatū ē de accñtale ipi hō. Ex istis regulis pȝ dr̄ia iter eē ⁊ posse. Posse eni i se iportat pncipiaē. Sȝ sic duplex ē pncipiaē. s. respectu creaturarū ⁊ respectu psonarū: sic etiā duplex ē posse. Uñ posse notionalr̄ captū dicit principiaē vl̄ pduceē vl̄ pduci ad itra i diuis. Eē āt sp dic̄ absolutā entitatē. Uñ qñ dr̄ deus est dicit existentiā actualē summo essentie. Et est pdicatio in pmo mō dicēdi p se. Qñ aūt dr̄ deus pōt vel est generatiuᵘ: sic pdicat tertiū adiacens. Resolue vt potes. Hinc etiam dr̄ ꝙ esse ⁊ posse in diuinis nō differūt: verum est realr̄. differūt tñ formalr̄. Notā vlterius ꝙ Natura est vis insita rebᵘ ex similibᵘ similia pcreās. Nota etiā ꝙ ppetuū pprie est illud qd nūqȝ pōt nō eē p nāȝ licet iceperit eē. Uñ solus deᵘ est eternᵘ ppe.

Circa istum passum. Siquis autē vult sustinere positionem imagistri ⁊c̄. Notandum. Qꝛ potentia generatiua actiue dicta potest capi dupliciter. Uno modo ḃm se ⁊ absolute. Et sic dicit quid. ¶ Prima propositio. Illo modo potentia generatiua ḃm se ⁊ absolute inquantum potentia est: est communis patri: filio ⁊ spirituisancto. Alio modo capitur potentia generatiua. ratione adiuncti seu additi. ¶ Secunda propositio. Potentia generandi filium: propriū est patri: tunc eniȝ respectiue dicitur. ¶ Notandum vlterius ꝙ quadruplicia sunt nomina in diuinis scilicet. Essentialia essentialiter dicta: essentialia personaliter dicta: notionalia notionaliter dicta: ⁊ notionalia essētialiter dicta. ¶ Essentialia essentialiter dicta sunt illa que conueniunt tribus personis ⁊ non possunt dici nisi de tribus vt deitas. deus. Et dicuntur essentialia quia habēt similem modum predicandi cum essentia. ¶ Essentialia personaliter dicta sunt illa: que quantum est de se: sunt communia tribus: possūnt tamen trahi ad vnam personam vt potentia que ratione adiuncti potest trahi dicatur de vna persona vt posse generare. ¶ Sed notionalia notionaliter dicta sunt illa q̄ solū vni vel ad plus duabus psonis cōueniūt nec possunt dici de tribᵘ: vt genitū spiratū. ¶ Notioālia vō essentialr̄ dcā sūt illa q̄ pnt dici de tribᵘ psonis rōne alicuiᵘ cōnotati: vt icarnatioē ppriū filio: rōne tñ cōnotati siue causalitatis dicit̄ de tribᵘ psonis que effectiue cōcurrūt ad istā icarnationeȝ:

Ad argumēta in oppositū. Notādū ꝙ argumēta in oppositū soluunť ad sustinenduȝ magistri opinionem. ¶ Circa primū argumentū in oppositū vbi allegať magister pmo capi. Nota ꝙ truncate allegať Et ideo non indiget solutione: nec sanctus bonauentura soluit. Sȝ implicite seu tacite remittit te ad magistrū. ¶ Pro scđo argumēto in oppositū. Cuȝ dr̄ potentie distinguunť per actus verū est de actib⁹ adequatis. Posse aūt generare nō ē act⁹ potētie gñatiue cū fili⁹ possit gñare eadeȝ potentia.

Querit̄ secūdo Utrū potentia generandi sit in filio. Hic est vnicus termin⁹ declarādus. s. Potētia generādi. nā supius declaratū est qd sit potētia. Pro quo notādū ꝙ potētia gñandi hic capiť pro potētia ꝓductiua. In diuinis aūt ad intra duplex est potētia ꝓductiua. Gñatiua vȝ ⁊ Spiratiua: Generatiua est illa q̄ pr̄ pōt generare filiū. Sed spiratiua potētia Est illa q̄ pr̄ ⁊ fili⁹ pñt ꝓducere spm̄sanctū. ¶ Qñ igiť queriť. Utrū potētia generādi sit in filio: est q̄rere vtrū fili⁹ in diuinis possit gñare. ¶ Notādū vlteri⁹ ꝙ potētia generādi pōt capi dupliciter. s. ꝓ ꝑ se significato ⁊ pro denomiato. Primo mō capiť potētia gñandi ꝓ ꝑ se significato vt dicit respectū pncipiatiōis seu pncipij ad pncipatū. Propositio. Illo mō potētia generādi nō dicit qd sed aliqd. Et sic capiť a sctō Bona. ¶ Correlariū. Tunc dico ꝙ potētia gñandi hoc mō nō est in filio. Alio mō capiť potētia gñandi pro denoiato seu fundamento siue ꝓ cōnotato. Et est illud absolutū qđ denoiať ab illa relatiōe pncipij ad pncipatū ⁊c̄. Queriť aūt qd sit illud absolutū qđ denoiatur. Rñdeť. Est memoria fecūda que est qd absolutū. Propō. Potentia gñandi hoc mō capta est in filio. Regula. Quicqd enī absolutū est in diuinis: est in trib⁹. Unde oē illud absolutū qđ est potentia generādi eque est in patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto.

Resolutio questiōis. Nota ꝙ docto: seraphic⁹ resoluēdo hāc q̄stionē ponit duas opiniōes pmo falsaȝ. scđo suā ⁊ verā. Prima stat in trib⁹ ꝓpōnib⁹. ¶ Prima ꝓpositio. In filio est potētia generādi. Cōtra hāc ꝓpōnē arguiť. In quocunqȝ est potētia gñandi illud pōt generare. Sed in filio est potētia generādi ꝑ te. ergo pōt generare. Et vltra pōt generare. ergo generat. pȝ. Nam in diuinis nihil est possibile q̄n sit in actu. Rñdeť ⁊ est. ¶ Scđa ꝓpositio. Licet fili⁹ possit generare nō tñ generat. q̄a nō competit sibi. Sicut religioso nō cōpetit manducare in die ieiunij seu generare lȝ posset. ¶ Tertia ꝓpositio. Deus q̄ñtū est de se pōt ꝓducere infinitas creaturas: nō tñ ꝓducit q̄a nō est sibi ꝯueniēs. vł q̄a sibi nō cōplacet. ¶ Contra. Quicqd deus pōt facere hoc cōpetit sibi vł est sibi cōueniēs. Sed deus pōt ꝑ te ꝓducere infinitas creaturas. ergo ⁊c̄. Maior pbatur. Quia impossibile est deū facere aliqd incōueniēs. Impossibile est etiā eū posse facere inōueniens.

Responsio doctoris ad questionē ꝫm ꝓpriā ⁊ verā opinionē Et stat in duab⁹ ꝓpōnib⁹. ¶ Pria ꝓpositio. Potētia generandi nō est in filio. ¶ Scđa ꝓpositio seu cōclusio. Posse generaŕ nō cōmunicaŕ filio a patre. Iste ꝯclusiones ad idē valent. Et hui⁹ sunt due rōnes. Pria q̄a nō pōt. Secunda rō: q̄a non dȝ. Nō pōt Nam pr̄ generat filiū eo ꝙ est pria ꝑsona. Est enī ꝓductio ꝑ modū vt nati pria. Impossibile est aliqđ ens primū cōicare suā pmitatē alteri ab ipso ꝓducto. Est enī in oppositū in adiecto ꝙ ꝑsona ꝓducta sit pma. Scđo nō debet. Itē pr̄ cōicat filio qcqd hȝ excepto eo ꝙ relatiue dr̄. ¶ Notandū vlterius ꝙ q̄tuor sunt gradus pncipales in hoībus beatis i q̄b⁹ marie apparet bōitas dei. ¶ Prim⁹ gradus est aliquoꝝ beatoꝝ q̄ nūq̄ fuerūt inimici dei ꝑ peccatū actuale: lȝ bene ꝑ peccatū originale. ¶ Scđus gradus est illoꝝ q̄ fuerunt inimici dei actualr̄ nō solū rōne pcti originalis sed etiā rōne pctōꝝ mortaliū actualiū vel venialiū. ¶ Tertius gradus magis manifestās bonitatē ⁊ misericordiam dei. Est alicui⁹ ꝑsone q̄ nunq̄ fuit inimica deo actualr̄ neqȝ rōne actualis pcti mortalis siue venialis neqȝ pcti originalis. Talis fuit virgo gloriosa dei genitrix Maria. Jō dr̄ regina. Quidā autē multa loquunť de laude virginis gloriose. Uñ Albertus magn⁹ dicit in ea omnia fuisse sacramenta etiā ordinis: qđ tñ ꝓprie non pōt intelligi saltē ꝙ ꝙ fuerit presbyterissa. ¶ Pria ꝓpositio. Maluisset gloriosa virgo Maria in nālibus posita mille milia peccata venialia fecisse q̄ȝ esse in peccato originali. Peccatū enī origīale facit inimicū deo qđ tñ nō facit veniale pctm̄. Duplex est enī pctm̄ mortale vȝ originale ⁊ actuale. ¶ Scđa ꝓpositio. Si beatissima virgo maria fuisset confessa ꝓprie loq̄ndo peccasset mortalr̄. Probaŕ sic. Materia ꝯfessionis vel est peccatū mortale vel veniale. Sed ꝟgo gloriosa nullū fecit pctm̄. ergo ꝯfitēdo fuisset mētita ⁊ ꝑ ꝯñs peccasset. Itē dicit eā fuisse ꝯfessam sctō iohāni euāgeliste. Sȝ hoc nō est laudere ipsam sȝ poti⁹ maculare. Dicit q̄ȝ ipsam ꝯceptā in originali pctō. Uñ dico ꝯ eū. Si beata ꝟgo fuisset ꝯfessa: sicut pnīa est sacr̄m peccasset mortalr̄. Nam mā sacramēti pnīe est pctm̄ mortale quod nūq̄ cōmisit ita si fuisset ꝯfessa ꝓprie: fuisset mentita ꝯfitēdo aliq̄ a se nō cōmissa. ¶ Quart⁹ gradus in hoīe beato. In quo manifestaŕ dei bōitas. Et alicui⁹ hoīs beati q̄ hȝ beatitudinē sine merito ꝑcedēte ⁊ tātā beatitudinē ꝙ non potest maiorē habere nec solummodo habet sed a principio sue conceptionis. Et hunc gradum solum tenet anima christi.

Argumenta in oppositū pro parte vera sunt. beat⁹ Augustinus in libro ꝯtra maximū. Non oportuit filiū generare sed si nō fuit oportunū seu ꝯueniens impossibile fuit. ergo ⁊c̄. ¶ Unde est vna maxia theologoꝝ.

quodlibet inconveniens et iniustum in deo est impossibile quod inhabile

Quodlibet inconueniens ⁊ iniustū in deo ē impossibile. Sicut eni deus non pōt peccare sic non pōt facere inconueniens. ¶ Contra deus potest dānare omnes beatos ⁊ pt saluare oēs damnatos. Sed hec sunt maxima incōuenientia. ḡ deus pt facere incōueniens. ¶ Respōsio. Minor videlicet: posse damnare oēs beatos ⁊ saluare oēs damnatos q sit deo incōueniens (scz de potētia dei absoluta) ē simpliciter falsa. Nā si deus dānare matrē ⁊ sctōs iuste faceret: cum nihil iniustum facere possit. Et si obijcias: faceret cōtra leges phiras. ḡ incōuenienter. Respondeṫ q quia aliqua lex est volita ⁊ a deo statuta. Ideo iusta ⁊ bona ⁊ nō econtra. Ideo dico si damnaret sctōs aliam legem statuisset: ⁊ vellet sic fieri ⁊ quia vellet talis lex iusta esset ⁊ bona nec esset inconueniens. Ideo adhuc stat regula q de⁹ nullum inconueniens pt facere. ¶ Pro secundo argumēto. Nota q iniquitas est que aduersatur ⁊ nocet homini. Unde nota ɓm mentē beati Anselmi q differentia est inter aduersitatē ⁊ tribulationem. Multi scti ⁊ martyres habuerūt tribulationes. Ut Iob petrus ⁊c̄. Sed aduersitas est ꝓprie qd̄ nociuum est homini. Cui alludit illud. Nulla nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas. ¶ Pro tertio argumēto. Notandum. Omne illd̄ in quo distinguūtur aliqua duo necessario si illud cōpetat necessario vni illoꝝ repugnat necessario alteri. Sed pater ⁊ filius necessario distinguūṫ in eo qd̄ est generare. ⁊ generare necessario conuēit patri. ergo necessario repugnat filio. Sicut si necessario ꝯueniat Salamandro esse in igne: vel allecı in aqua: ⁊ si aliud aial per esse in igne necessario distingueretur a Salamandro impossibile esset q esse in igne conueniret sibi.

Pro argumētis ante oppositum. Notandum q hilarius. ix. de trinitate dicit. Fili⁹ habet naturā gignentem qd̄ mgr̄ exponit. i. habet naturaȝ patris gignentis. ¶ Sciendū vlterius pro auctoritate Augustini. due negatiōes faciunt affirmationeȝ. Sed Aug⁹. ponit duas negatiōes. ḡ ⁊c̄. Dicit eni. Nō potuit fili⁹ non generare. ¶ Ubi nota q ista negatio: non: capiṫ dupľr. scz Priuatiue ⁊ negatiue. Non qū capitur priuatiue. tunc valet: in. Et sic ista est falsa. Filius nō potuit generare. i. impotēs fuit. Et tunc negatur potentia ⁊ relinquiṫ aptitudo. Omnis enim oratio in qua poniṫ negatio priuans exponitur per duas propositiones. In quarum prima negatur actus. in secunda poniṫ subiectū aptum natum. Unde ista. Filius non potuit generare. i. filius est impotēs ad generandum exponitur sic. filius nō generat ⁊ filius aptus est generare. Sed ista est falsa. Patet. Quia sic sequereṫ q posse ⁊ esse nō esset idē in eternis: qd̄ est falsuȝ. ergo ⁊c̄. ¶ Sed quādo ly non capiṫ negatiue tūc simpliciter negat nō ponendo aptitudinem. Unde August. Negat a filio dei nō generare infinitā/ ter acceptum. Et sic negatio nō bis capiṫ negatiter idō nō equiualet affirmatiue. Unde i oib⁹ istis: deus infinit⁹: deus est immensus: deus est imortalis. Si ly i teneaṫ negatiue est vera ⁊ catholica. Si vero teneaṫ priuatiue seu priuāter sunt false ⁊ hereticē: qꝛ sic exponūtur: deus nō est finit⁹. ⁊ tn̄ deus aptus natus est finiri. Deus non est mortalis ⁊ tamen aptus natus est mori. ¶ Itē anima intellectiua est indiuisibilis. pūctus est indiuisibilis. Corpus humanū est inequale celo. Si ly in capiṫ priuatiue omnes sunt false. Ui vero negāter omnes sūt vere. ¶ Notandum finaliter q duplex est imago scilicet adequationis ⁊ imitationis. Imago adequationis dicit omnimodam similitudineȝ itȝ q vnitatem essentialē etiaȝ numero. Alia imago est imitationis. Sic statua herculis imitatur cesareȝ ⁊ Iohannes suum patrem ⁊c̄.

Tertio queritur. Utrū posse gn̄are ⁊ posse creare sit vnicum posse. Ubi nota ꝓ declaratione terminoꝝ q posse creare ⁊ posse generaṫ possūt dupliciṫr accipi. formaliter scz ⁊ fundamentaliter. Primo posse generare ⁊ posse creare capiunṫ formaliter ⁊ ꝓ per se significato. Et tūc important relationē pricipiatiōis alicuius principij ad pricipiatū. Unde posse generare est relatio ipsius principij creantis vel creatiui ad id qd̄ creatur. Et ita est cōmunis tribus personis. Propositio. Ista relatio est rationis. Oīs enim relatio dei ad creaturas est respectus rationis. Scd̄o capiunṫ posse creare ⁊ generare fundamentalṙ ⁊ tūc est ipsa volūtas dei. Propō secūda. Posse generare importat habitudinē patris ad filiū. Propositio tertia. Posse generare est respectus principij generantis ad generatum. Expimiṫ autem per illd̄ quod est paternitas. Et est relatio realis in diuinis scz posse generare. patet: quia est relatio ad intra ptinēs ad distinctionē originis: vt ifra dist. xxxix.

Resolutio questionis stat in aliquibus ꝓpositionibus. ¶ Prima ꝓpositio. Posse generare ⁊ posse creare non sunt ideȝ formaliter ⁊ ꝓ per se significato. probaṫ. Quia nulla relatio rōnis est identificata cū relatiōe reali. Et sic loquiṫ Sco. dist. xxxix. pmi. ¶ Secunda ꝓpositio. Posse generare ⁊ posse creare pro formali itantū distinguūtur q nihil vniuocū potest de ipsis dici. ¶ Nota ɓm mentē doct. Seraph. q posse generare est pater ⁊ posse creare est essentia diuina. Et hoc capiendo posse generare ⁊ posse creare pro denominatis. ¶ Prima propositio. Sicut esse deuȝ ⁊ esse patrem sunt vna ⁊ eadeȝ res differunt tamē ratione. sic posse generare ⁊ posse creare sunt vnū posse differūt tamen ratione: q autem deus ⁊ pater differant ratione. pȝ: qꝛ esse patrem dicit relationem ⁊ est proprium patri: esse autem deum est qd absolutuȝ ⁊ commune tribus personis. ergo ⁊c̄. Secunda pars patet q sunt vna res: sed q ratiōe differant. patet: qꝛ posse generare terminatur ad fi

due negationes affirmant quod

num. Posse aute creare terminatur ad creaturas. ¶ Secunda propositio. Sicut essentia diuina ꝛ persona sunt vna ꝛ eadem res differunt tamen ratione: sic posse generare ꝛ posse creare sunt vnum posse differunt tamen ratione. ¶ Tertia propositio. Sicut posse generare ꝛ posse creare distinguuntur secundum rationem. ita habent diuersum ordinem inter se. ¶ Unde notandum quod posse generare ꝛ posse creare possunt comparari ad id cuius sunt vel ad id ad que terminantur. ¶ Quarta propositio. Quandocunque ista duo posse generare ꝛ posse creare comparantur ad id cuius sunt: posse creare precedit posse generare. probatur: quia illa que sunt communia tribus precedunt propria cum sint essentialia. Essentia quoque precedit patrem. patet: quia ea que sunt essentialia sunt immediatiora ꝛ priora quam que sunt propria. ¶ Quinta propositio. Comparando tamen illa duo ad illa ad que terminantur tunc generare precedit posse creare: eo quod filius in diuinis est terminus ipsius potentie generatiue. Et filius est prior creatura. ergo posse generare secundum hoc precedit posse creare.

Pro solutione argumenti primi in oppositum. Nota quod duplex est alietas scilicet rationis. Et de illa loquitur. S. Aug. dicens alio pater est deus ꝛ alio est pater. Nam deitate est deus: paternitate autem est pater. Et videtur hic posse concordari doctor Seraphicus cum doc. Subt. ¶ Nam arguo sic. Si est distinctio rationis inter paternitatem ꝛ essentiam: vel est omnino per opus intellectus vel non. Nam duplex est distinctio rationis propria scilicet ꝛ impropria. Prima ꝛ propria est illa que precise fit seu causatur seu potius derelinquitur fabricatur de per opus intellectus collatiuum. Circumscripto autem omni opere intellectus adhuc essentia diuina est communicabilis: paternitas incommunicabilis. Constant autem quod communicabile ꝛ incommunicabile differunt etiam ex natura rei. ergo paternitas ꝛ essentia non distinguuntur precise ratione illo modo dicta. Alia est distinctio rationis que est inter duas rationes formales in aliqua re ex natura rei reperibiles ꝛc. ¶ Alia est Alietas. Realis de qua non intelligitur auctoritas Aug. supradicta ꝛc. Notandum vlterius quod actus dicitur habere complectionem ab obiecto: quando actus causatur ab obiecto. Sed creare non complet ur ab obiecto. patet: quia deus nullo modo dependet a creatura. Notandum finaliter quod duplex est obiectum potentie scilicet primum ꝛ adequatum: cum non primum sed secundarium. Primarium obiectum potentie creatiue est essentia diuina. Potentia enim creandi est voluntas dei diuina. Potentie ergo plurificantur secundum pluralitatem subiectorum: verum est de subiectis primis ꝛ adequatis. De alio subiecto scilicet secundario non oportet.

Quarto queritur. Utrum posse generari ꝛ posse creari sit posse vniuocum. Pro declaratione terminorum recurratur ad quintam dist. ¶ Nota tamen pro primo termino hic. quod est posse generari. quod in diuinis omnino idem sunt ex natura rei: posse generari: generabile ꝛ generari actu: filiatio vel esse filium. Nec distinguunt formaliter sed solum secundum modos gramaticales: idem etiam generatiuum: posse generare: generare actu ꝛ esse patrem: immo generatiuum quo ad significatum est idem cum generabili. Eadem enim potentia qua pater generat filius generatur ꝛ patebit ꝛc. ¶ Secundus terminus est creari vbi nota quod creari capitur dupliciter scilicet stricte ꝛ large. Stricte ꝛ sic est aliquid produci a solo primo efficiente immediate post omnino non esse vel post omnino nihil: ita quod in eius productione non presupponatur materia. Prima propositio. Si homo producatur de semine a causa secunda: similiter si a deo de limo. non creatur proprie. Correlarium. Si ergo creatura dicatur a creari stricte accepto. creatura non est communis omnibus creatis. Secunda propositio. Soli angeli ꝛ anime intellectiue ꝛ habitus infusi vt fides: spes: charitas: creantur proprie. Creari vero large: est aliquid produci a primo efficiente siue mediate siue immediate secundum primum suum esse post non esse. siue fuerit in materia illa negatio siue non. Propositio. Sic creari omnibus alijs a deo conuenit excepto christo. ¶ Notandum pro ampliori intellectu predictorum quod ad creari tres conditiones requiruntur. Prima quod producatur a primo efficiente defectu cuius pater Johannis non est creator eius. Secunda conditio quod producatur secundum sui primum idest principale esse. Unde si deus daret alicui omnia accidentia noua omnem scientiam: perfectam beatitudinem ꝛc. Licet habitus ipsi crearentur non tamen homo ipse cui darentur crearetur. Correlarium. Christus nullo modo videlicet nec primo modo nec secundo modo capiendo creari est creatura. probatur: quia christus includit naturam humanam ꝛ diuinam in vnitate suppositi. Sed manifestum est verbum diuinum non fieri. ergo christus secundum primum sui esse non est factus. Tertia conditio est quod producatur de non esse. Propositio. Creare stricte est primum efficiens aliquid producere in effectu (idest in existentia actuali) de nihilo. ¶ Ubi nota quod de nihilo: potest capi tripliciter. Uno modo pure negatiue: vt iste loquitur de nihilo. i. non loquitur de aliquo ꝛ sic tacet. Prima propositio. Illo modo possunt iste propositiones concedi. Deus de nihilo fit. Essentia diuina fit de nihilo idest non fit de aliquo. Alio modo potest: de nihilo: intelligi positiue sic. quemadmodum ferrum est positiuum de quo fit cultellus. sic aliquid fieri de nihil tanquam de materia imaginetur. Secunda propositio. Illo modo impossibile est aliquid fieri de nihilo. Tertio. De nihilo: potest intelligi partim affirmatiue ꝛ partim negatiue: vel partim priuatiue ꝛ partim positiue.

Tertia

Tertia propositio. Illo modo capto dicitur ꝙ pau pere sit diues: de mane fit meridies. Et sic capitur in proposito. Creare large proportionabiliter describi potest. Est aliquid producere a primo efficiē te ⁊c. ℂ Tertius terminus est vniuocus. Ubi ani maduertendum ꝙ vniuocum est aliquod cōmune quod dicitur ẜm eandem rationem de omnibus suis inferioribus. ℂ Preterea ad veniendum ad tertiū ⁊c. Nota ꝓpositiones sequentes. ℂ Prima propositio. Nulla res generabilis vł creabilis ante sui productionē vel generationem habet aliquā potentiam passiuā ẜm quā possit creari. ℂ Scḋa propositio. Unaqueꝗ res ante sui creationem dꝛ creabilis: solum denominatiōe extrinseca. ℂ Tertia ꝓpositio. Anima χpi nō est creata est tm̄ creabilis. Queri ergo potest vtrum illa potentia passiua qua dꝛ creabilis sit in anti χpo. Pro quo nota propositionem. ℂ Quarta propositio. Unaqueꝗ res creabilis ante creationem sui denomiatur extrinsece ⁊c. Exemplum. Eadem potētia actiua qua sol potest producere ranam. rana est producibilis. Et hoc quo ad rem: sicut videre album. ⁊ album videri est eadem visio. Album ergo dicitur visum solummodo denominatione extrinseca.

Resolutio questionis stat in tribus propositionibus. ℂ Prima ꝓpositio. Posse generari ⁊ posse creari capiunt quãꝗ pro ꝑ se significato: qḋ dicit. S. Bonauen. ꝑncipale significatū. Et sic sūt vnicū posse. Alio mō posse generari ⁊ posse creari capiunt ꝑ cōnotato. Cōclusio. Posse gn̄ari ⁊ posse creari quo ad cōnotata distinguunt realiter. ℂ Scḋa ꝓpositio. Licet posse creare ⁊ posse creari nō differant in re. differūt tm̄ grāmaticaliter. Pro per se eni significato importāt voluntatē diuinā: q̄ oē creabile producit. Est aūt idē cum intellectu qua fili⁹ generat. Patet ꝙ differāt grāmaticaliter. Creare eni sigt per modū actionis. creari vero ⁊ gn̄ari sigt ꝑ modū passionis. ℂ Tertia ꝓpō. Posse gn̄ari ⁊ posse creari quo ad cōnotata intantū distinguunt ꝙ nō hñt aliqḋ cōe vniuocū: licet habeāt analogū. Posse eni generare connotat patrē: generari aūt filium. Creare cōnotat essentiam diuinā: sed posse creari cōnotat creaturā. ergo ⁊c. Ubi notandū ꝙ Analogū est illud quod per prius dꝛ de vno ꝗ de alio. ℂ Pro clariori ergo intellectu dictoꝝ. Nota ꝙ analogia est duplex. Quedam est eni analogia que est ꝑ reductionem ad vnitatē nature. Et de hac dicit Aristo. ꝙ in vnoquoꝗ genere est vnū qḋ est mensura omniū aliorum sic ꝙ ẜm qḋ vnūquodꝗ plus accedit vel recedit ab ista mensura est ꝑfectiusvel imꝑfecti⁹: vt in genere aīalis est homo ⁊c. Alia est analogia per reductionē ad vnitatem similitudinis: proportionis. nō nature. Quod hoc modo analogatur nō est inter alia. Unde distributio proprie pro illo non distribuit nisi sit ens sa. Unde deus non est ens inter omnia sed super omnia ⁊c.

Circa distinctionem octauam primo queritur Utꝝ veritas sit proprietas diuini esse. Termini declarandi sunt veritas: ꝓprietas ⁊ diuini esse. ℂ Pro primo termino nota tres distinctiones. Prima veritas est duplex. Quedā eniꝫ est in rebus: alia est veritas in intellectu. Scḋa distinctio Ueritas in reb⁹ est duplex. Tertia distinctio. Ueritas in intellectu etiā est duplex. ℂ Prima propō. Quādocūꝗ aliqua res producta est similis ꝑducenti dꝛ vere fili⁹ eius. De veritate cetera q̄re in sū mis a me lectis. ℂ 2ᵃ ꝓpō. Ueritas capiēdo ꝑut ē manifesta ciuitas q̄ res est māifestatiua sui. est passio entis. ℂ Scḋs terminus declarādus est ꝓprietas. Notandum ꝙ Aristote. in ꝑmo topicoꝝ etiaꝫ aliquos istoꝝ ponit quos Porphirius pōit. Proprietas autē est abstractum: propriū. vero concretum. Propositio. Quot modis ergo dicitur vnū illorum: tot modis ⁊ reliquum. Ubi notanduꝫ ꝙ propriū dicitur quadrupliciter. Primo modo ꝓprium dicitur illud quod conuenit alicui speciei sed non omni contento sub specie vt esse logicuꝫ. Scḋo modo proprium dicit illud quod conuenit omni cōtento sub specie: non aūt speciei dicitur ꝓprium vt aptum natū ad habere duos pedes. Tertio modo proprium dꝛ illud quod ꝯuenit soli speciei ⁊ omni cōtento sub specie sed nō semꝑ: vt canescere. Quarto modo propriuꝫ dꝛ illud quod cōuenit soli omni ⁊ semp: vt risibile homini ⁊c. Sciendū vlterius. Ad hoc ꝙ aliqua entitas dicat proprietas alicuius in creaturis tria requirunt. Primo requirit ꝙ conueniat soli illi cuius dꝛ proprietas. Scḋo ꝙ sit ratio cognoscendi illi cuius dꝛ proprietas. Non tamen opꝫ ꝙ a priori. Tertio oportꝫ ꝙ differat ab illo cuius est proprietas. Et sic iste doctor ponit propriam passionem distinctam realiter a suo subiecto. Hoc tamen doct. Subtil. non tenet. Doctor tamen Sera. etiaꝫ dicit hoc esse impfectionis quare non cōuenit proprietati vt est diuinis. ℂ Tertius terminus est esse diuinuꝫ: cuius declarationem differo vsꝗ in sequentem questionem.

Resolutio questionis stat in duabus distinctionibus: tribus dictis ⁊ duabus cōclusionibus. ℂ Prima distinctio. Ueritas tripliciter comparatur. Primo ad subiectuꝫ quod informat. Scḋo ad principium qḋ representat. Tertio ad intellectum quē excitat. ℂ Primuꝫ dictum. Ueritas in cōparatione ad subiectum qḋ informat non est nisi indiuisio act⁹ ⁊ potentie. Uñ isto modo soluꝫ veritas perfecte reperitur in deo. In necessarys enim non distinguitur esse ⁊ posse In creaturis autem licet habeant quandam vnitatem simpliciter tamen sunt distincta. In creaturis autem non nisi imperfecte reperit. Anima eni hominis est act⁹ corpus posse: que aliquo modo sunt indiuisa in viuente. Distinctio autem est imꝑ

fectionis. ¶ Secundum et tertium dicta in textu seu littera sancti Bonauenture habes etc. ¶ Prima conclusio. Ueritas vt opponitur falsitati cum conueniat nõ solũ deo sed etiã creature nõ est proprietas esse diuini. Ad istã conclusionem faciunt tria argumẽta in opposito. ¶ Ueritas vt opponitur permixtioni possibilitatis cum actu sola verissime reperitur in deo: ideo sic est proprietas dei. ad hoc procedunt argumẽta duo penultima ante oppositũ. Nota vlterius quod sanctus Bonauẽtura nõ proprie capit imitationẽ sed capitur pro adequationẽ. Illud quod sic est ens in actu quod nihil habet de possibilitate vere est. ¶ Nulla aũt creatura habet oẽm perfectionẽ creature etiã que est perfectionis simpliciter. Angelus enim nõ potest producere substantiam similẽ sibi: quod tñ põt hõ. similiter de alijs etc. ¶ Cũ dicitur nostrum esse cõparatũ ad diuinũ esse est non esse põt intelligi dupliciter. Primo vt aut oino sit nõ esse vt chimera: hircoceruus etc. Et sic nõ est verum. Alio mõ põt intelligi secundum proportionẽ. Et sic est verũ: quia nulla est determinata proportio data vel dabilis: secundum quã precise esse diuinũ precedat esse nostrum. Esse enim nostrum ex hoc quod cõparatur ad deũ nõ igitur peioratur sed potius melioratur. Itẽ nota quod verũ de rõne sui dicit respectũ ad causam exemplarem. i. ad intellectũ cognoscentẽ secundum quod est manifestatiua sui in intellectui potẽti se cognoscere. Essentia dicit quid. i. absolutum. veritas autem conditionis est entis. i. manifestatiuitatem etc.

Queritur secundo. Utrum hec proprietas conueniat deo in summo hoc est dictu Utrũ diuinũ esse sit a deo verum quod non possit cogitari nõ esse. Hic declarandi essent tres termini: sed quia vnus supius est declaratus. Ideo tñ duo restant. s. Esse diuinũ et cogitari. ¶ Pro primo termino notandũ quod quintuplex est esse. s. Esse essentie: subsistentie: propositionale existentie actualis: et esse obiectum. ¶ Esse essentie cuiuscunque rei. Est ipsa eiusdẽ rei essentia sic quod nõ differunt nisi rõne scilicet penes modos significãdi: Propositio. Esse ergo diuinũ est ipsamet essentia diuina sic loquendo. ¶ Esse subsistentie. Est esse actualis existentie incõicabilis. Uñ due cõditiones ad hoc requiruntur. Prima quod tale actu existat. Scõa cõditio quod iam in cõicabiliter existat. Tale est suppositum etc. ¶ Tertiũ est esse propositionale seu sinkathegoreumaticum (vt placet alijs) Et illud significat vnionẽ alicuius intellectus cõponẽtis seu vnientis predicatũ cũ subiecto de hoc Aristoteles in perhyermenias. Esse quandã cõpositionẽ significat etc. Propositio. Tot sunt esse in homie quot sũt predicata verificabilia de homine. Patet. Nã esse sapientẽ est aliud quam hominẽ esse albũ. Uñ esse signat verũ: nõ esse autẽ significat falsum. ¶ Esse existẽtie actualis. Est ipsamet existẽtia actualis. ¶ Esse obiectiuũ. Est illud secundum quod aliquid habet esse secundum quod. terminãs opõnẽ potẽtie opatiue Et tale esse. s. obiectiuũ est duplex. s. intellectiũ et volitum. Esse obiectiuũ intellectũ Est illud secundum quod aliquid terminat actũ intellectus. Esse vero obiectiuũ volitũ. Est illud quod secundum aliquid terminat actũ voluntatis. Conformiter põt distingui de esse diuino Questio nostra intelligitur de primo esse. ¶ Notandũ quod doctor subtilis in scõa dis. pmi. sub alys terminis idẽ querit vtrũ. s. ista. Deus est sit per se nota. Pro predictorũ intellectu nota propones. ¶ Prima ppõ. Diuinum esse essentie est vnicũ et singularissimum existens in patre et filio et spũsctõ. Probatur: quia ipsum est diuina essentia: sed essentia diuina est vnica in tribus. ergo etc. ¶ Scõa ppõ. In diuinis sũt tria esse subsistentie sicut sunt tres personae realiter distincte licet non essentialiter. propter idẽptitatẽ earũ realẽ cũ essentia. Questio ista põt ampliari et extendi ad tale esse. s. subsistẽtie. ¶ Tertia propositio. In diuinis tot sunt esse propositionalia quot sunt predicata verificabilia de essentia diuina. De isto esse nõ est questio nostra et enim de esse reali: nec tale esse est in in deo ex natura rei. ¶ Esse actualis existẽtie nullo modo distinguitur ab eẽntia diuina ex natura rei. Propterea Esse pro actuali existentia dicitur cõtingenter de creaturis. de deo autẽ in pmo modo dicendi per se. ¶ Notandum quod naturaliter de deo habere possumus quatuor cõceptus quidditatiue de deo dictos. Primus est ens infinitũ. Secũdus vita intellectualis. Si enim deus diffiniretur in eius diffinitione poneretur vita intellectualis. Tertius de deo cõceptus est spiritus. Quartus conceptus quẽ naturaliter de deo habemus est existere seu existentia actualis. ¶ Scõs terminus est Cogitare. Ubi nota cogitare est concretum: et cogitatio abstractũ. Cogitatio aũt capitur dupliciter. Generaliter videlicet et Specialiter. Generaliter capta capitur pro omni notitia seu actu cognoscendi siue sit sensitiua siue intellectiua. Unde notitia: cognitio: cogitatio idẽ sunt. Uñ Omnis intellectio est cognitio sed non ecõuerso. Est enim intellectio cognitio intellectiua. Et sic nõ capitur in questiõe Specialiter vero capitur adhuc dupliciter. Uno modo pro cogitatione sensitiua. Et sic est quedam operatio sensus cuiusdam interioris sensitiue qui vocatur potentia cogitatiua. Unde secundum Auicen. quinque sunt sensus interiores. videlicet. Sensus communis: imaginatiua: estimatiua: cogitatiua: et memoratiua. Tamen secundum philosophos cogitatiua forte eadem est cum imaginatiua. In hoc enim Auicenna magis est cum medicis quam cum philosophis. Alio modo Cogitatio specialiter capta capitur pro cognitione intellectiua. Et sic capitur in questionis titulo.

Resolutio questionis stat in tribus distinctionibus et nouem propositionibus. ¶ Prima distinctio. Cogitatio est duplex. Apprehensiua videlicet et assentiua seu iudicatiua vel adhesiua. Nunc ergo aliquid intelligi seu cogitari potest dupliciter intelligi. Uno modo cogitatione apprehensiua

prehensiua. Alio mō cogitatione adhesiua vel iu
dicatiua. ¶ Unū pro scd̄a distinctione notandū q̄
Act⁹ itellect⁹ est duplex. s. Apprehensiu⁹ ⁊ iudicatiu⁹
Apprehēsiu⁹ est ille q̄ intellect⁹ apprehendit obiecta
tā cōplexa q̄ incōplexa. Hoc mō intellectus app/
hēdit ꝯdictoria. Sȝ actus intellect⁹. Iudicatiuus
est ille quo intellect⁹ assentit vl' dissentit obiecto. s.
cōplexo. Nullo eni assentim⁹ nisi qd̄ arbitramur
verū. ¶ Prima ꝓpō. Diuinū esse pōt cogitari vel
intelligi apprehensione falsa nō eē. Probat. Ista pt
apphēdi de⁹ nō ē. Itē stulti deū nō curātes ⁊c̄. Unī
ps. Dixit insipiens in corde suo nō est deus. De il
lo ergo nō est q̄stio nr̄a. De scd̄o mēbro. Aliqd pōt
iudicari nō esse qd̄ tn̄ est: ⁊ hoc duob⁹ modis. Pri
mo ex defectu intelligētis. Defectus aūt intelligē
tis est ignorātia ipsius vel cecitas. Un̄ Excecauit
eos malitia eoꝝ. Alio mō pōt aliqd iudicari nō es
se qd̄ tn̄ est. Ex defectu intelligibilis q2 valde par/
ue entitatis. ¶ Tertia distinctio. Cognitio rei est
duplex. s. Si est ⁊ q2 est Cognitio rei. Si est. Est il/
la qua cognoscit de aliqua re qd̄ sibi nō repugnat
esse. Et est cognoscere qd p nomen importet. Pro
positio. Hec cognitio pōt esse cuiuscunq3 siue pos
sibilis siue ipossibilis. Sed cognitio rei qd est: est
duplex. Quedā .n. est qd rei. alia qd nois. Cogni
tio qd est quid rei. Est illa qua cognoscit de re suū
ꝓpriū quod qd ē. Cognitio aūt quid est qd nois.
Est illa cognitio qua cognoscit qd p nomē impor
tetur. Propositio. Hec cognitio est cōmunis oib⁹
entib⁹ possibilib⁹ ⁊ imaginabilib⁹: hec igit ꝑsup/
ponit cognitioni si est ⁊ qd est. Un̄ si est. precedit
qd rei. Non eni querimus an aliqd possit esse: qn
prius itelligam⁹ quid p nomen importet. Unde
sic se hn̄t per ordinē3. Prio quid nominis. Scd̄o
si est. Tertio quid rei siue quid ē. Quarto quia est.
Secunda ꝓpositio. Intellectus noster nō pōt co/
gitare quo ad intellectionē adhesiuā seu iudicati
uā (Et loquendo de cognitiōe si est) deum non esse
¶ Tertia propō. Deus siue sūma veritas pōt iudi
cari etiā a viatore nō esse altero istorū modoꝝ im/
mo vtroq3 illoꝝ. Uel sic. Licet peccator non possit
iudicare deū nō esse generaliter pōt tn̄ deum iudi
care esse qd̄ non est: idolū. Et nō esse quod est: sicut
deū non esse piū cogitat impatiēs. ¶ Quarta ꝓpo
sitio. Uiator pōt iudicare deū non eē non simplr
vel primo: sed ex ꝯsequētī ⁊ per aliq̄s ꝯsequētias
Nam ex hoc q̄ iudicat ipsum nō esse iustū: sequit
deū nō esse. Probatur sic. Impossibile eni est deū
esse nō iustū. patet. nam iustitia dei est ipsemet de⁹
Sequit ergo. tu cogitas deū iniustū. ergo cogitas
non deū. Cetera quere i textu seu littera sancti Bo
nauenture ⁊c̄. Notādū q̄ abeuntib⁹ sensibilibus
remanent species in fantasia vel organo sentiēdi.
secundo de aīa. ⁊ in de somno ⁊ vigilia. ¶ Quin
ta ꝓpositio. Nullus pōt cogitare deū nō esse ex de
fectu ꝑsentie ipsius rei: ꝑsens est eni semp: vbiq3:
totaliter vbiq3. ¶ Sexta propō. Nullus pōt iudi
care deū nō esse ꝓpter defectū euidentie eē diuini.
Nam ista. de⁹ est. summe euidēs est tā in se. q̄ in ꝓ
batione sua. ¶ Septīa ꝓpositio. Ois veritas: ois
natura creata: ois intelligentia seu mens recta ꝓ/
bat deū esse. ¶ Octaua ꝓpositio. Omnis propo
sitio affirmatiua iudicat deū esse. Ois eni talis ali
quid ponit. ergo ⁊c̄. ¶ Nona ꝓpositio. Negatiua
ꝓpositio nō infert deū esse nisi sophistice. ¶ Sed
contra. Arguo eni sic. Aliqua ꝓpositio affirmatiua
est. ergo deus est. Probatur consequētia. Aliqua
ꝓpositio affirmatiua est. ergo aliquis est. Et vltra.
Aliquid est. ergo deus est. Probat. Illud aliquid:
vel aliud a deo est: vel deus est. Si deus est habeo
propositū. Si aliud est: sequitur cum nihil possit
esse nisi deo conseruāte ⁊ dante illi esse: quod de⁹
est. ergo ⁊c̄. ¶ Item secūdo arguo. Aliqua ꝓposi/
tio negatiua infert primā veritatē esse. ergo infert
deū esse. Patet: quia pria veritas est deus. Patet:
bene eni sequitur: nulla veritas est. ergo pria veri
tas est. Probat: q2 bene sequit. Nulla veritas est.
ergo aliqua veritas est. Et vltra. ergo aliqua veri/
tas prima: ꝯsequentia patet: quia si nulla veritas
est: ista est vera nulla veritas est: Istud argumentū
oēs doctores fere ponunt. Doctor subtilis secūda
distinctione primi. Similiter gregori⁹ de arimi/
nio. Ockam. ⁊ sanct⁹ thomas. Et habent a sancto
Augustino. Si nihil est: ergo deus est. Probatur:
quia si nihil est: verū est nihil esse. Negatur illa cō
ditionalis. Unde illa regula. Ois cōditionalis est
vera cuius antecedēs non pōt esse verū sine conse
quente: habet veritatē qn̄ ꝯn̄s nō reflectit supra
antecedēs. Un̄ est ꝓpō falsificans seipsam.

Ad rgumenta ante oppositū. Notan
dū q̄ cōmunis animi
cōceptio: dignitas: maxīa: ꝓpositio immediata.
ꝓpositio p se nota sunt idē. Dicuntur autem maxi
ma: quia sunt maxīe veritatis ⁊ maxime certitudi
nis ⁊ euidentie. Dicunt ꝓpositiones immediate:
quia p nullā aliam ꝓbant. ¶ Pro quarto argumē
to nota q̄ hec ꝓpositio est glosanda. Nihil videli
cet itelligimus nisi per primā lucem: quia pōt in/
telligi dupliciter. Uno mō q̄ ly per dicat causam
formalē sic q̄ pria lux sit ratio formalis prima in
tellectionis. Intelligere eni per aliquid tanq̄ per
causam formalē est intelligere per illud tanq̄ per
formale representatiuū. Sed multa itelligim⁹ ni/
hil cogitādo de prima luce ⁊ veritate. Unde ꝓpo/
sitio: sic intelligendo: est falsa. Alio mō q̄ ly p ca/
cōsequens incōmunicabile: duplici. s. incōmuni-
cabilitate. Dr̄ tertio ad nobilitatē ꝑtinente. in quo
daẗ itelligi rōnalis nā. Et sic magistri idē dixerūt
cum Richardo de sancto Uictore licet magis ha-
buerit respectū ad trāslationē illi⁹ termini ꝑsona:
quare videlicet fuerit translatū hoc nomē ꝑsona:
eo. s. ꝙ est nomē dignitatis et dignitatē iportet etc.

Queritur secundo de h̄ nomine ꝑsona qd sit
ꝯm diffinitionē. Nam diffinit eā Boeti⁹ sic. Per-
sona est rōnalis nature individua substantia. intel
ligendo igiẗ ꝑ substantiā suppositū sicut supra di
ctum est. Queriẗ virū diffinitio ꝯueniat ꝑsone di
uine. ¶ Hic est opinio que respondet ꝙ sic. Sed
arguiẗ ꝯ ꝙ nō. Nullū simplex est diffinibile ꝑso
na in diuinis est quid simplex ergo ꝑsona in diui
nis nō est diffinibilis. Maior patet quia ois diffi
nitio debet dari per aggregationē. Probaẗ quia
diffinitio sꝫ habet duas partes ad minus. Prope
enī omnis diffinitio debet dari per genus et diffe
rentiā. Sed ista duo nō dicunt penitus idē: alio
qn esset nugatio. i. eiusdē inutilis repetitio. ¶ Est
euasio hic dicendo ꝙ lꝫ deus sit simplex ꝯm rem
nō tn̄ simplex ꝯm rōnem intelligendi. ¶ Contra
hanc euasionē arguitur in textu vel vltra textum
posset sic argui. Intellectus intelligens ꝑsonā di
uinā esse compositā ꝯm rationē: vel verum intelli
git vel nō. Si sic: ergo ꝑsona in re non est simplex
Si non. ergo est falsus intellect⁹. ¶ Ad hoc argu
mentū ponit duplicē responsionē. Scd̄a aūt est de
intētione eius. ¶ Prima dupliciter aliqd est dif-
finibile. Uno mō diffinitione in recto et ꝑ differē-
tiam addentē. i. ꝯhentē positiue. Alio mō diffini-
tione in obliquo et per differentiā priuatiuā vt si
mitas est nasi curuitas. ¶ Pria propositio. Diffi-
nitio primo mō dicta dicit aggregationē et cōposi
tionem: et hoc modo solū aggregatū est diffinibi-
le. ¶ Scd̄a ꝓpō. Persona in diuinis nō est primo
mō diffinibilis. Illo enī mō solū compositū est dif
finibile. Scd̄a aūt diffinitione que est in obliquo
et ꝑ differentiā priuatiuā nō significatur substātia
rei aggregari etc. vt in textu. Hanc igitur opinio
nem bene improbat doctor seraphicus in littera.
¶ Unde aliter respondet Bonauētura ꝙ ista dif
finitio vel ratio ꝑsone ipsius Boetij pōit vere ag
gregationē rei in creaturis: in diuinis vero nō di
cit aggregationē ꝯm rem sed ꝯm intelligendi rōnē
nec tn̄ est vana eo ꝙ oia que dicunt in rōne ꝑsone
inueniunẗ in deo: licet nō per pluralitatem. Et cō
sequenter ponit talē differentiā inter ꝑsonā crea-
tam et increatā declarando vt patet in lra. ¶ In fi
ne tn̄ huius solutiōis innuit breuē solutionem di
cens. Eo ꝙ deus cadit a rōne diffinitionis. Nam
ꝓprie nihil diffiniẗ nisi ꝙ est in gn̄e. Sed nihil in
in diuinis est in genere. ergo etc. Licet ergo deus
nō sit ꝓprie diffinibilis est tn̄ notificabilis ꝯm ꝙ in
telligiẗ a nobis. Pro scd̄o argumento notādū ꝙ
rōnale capiẗ dupl'r. Uno mō diciẗ qd habet poten
tiā discernendi bonū a malo. verū a falso. et sic deo
et creature cōuenit. Hoc mō accipit Boeti⁹ in dif
finitione vel notificatione ꝑsone. Alio mō dr̄ qd
hꝫ potentiam discernēdi ꝑ inquisitionē et discur-
sum. Et illo mō non accipiẗ in diffinitione ꝑsone.
¶ Corr̄ⁿ. Rōnale in veritate nō est ꝓpria differē
tia hois cū etiā ꝯueniat angelo. Et intelligendū
est ꝙ hō inquirit cū labore et difficultate scientiā
Un̄ sunt notande due ꝓpōnes. ¶ Prima ꝓpō est.
Quilibet angelus ꝙ̄tū est de natura sua pōt habe
re ꝓprias cognitiones rerū in ꝓprio genere per in
quisitionē: discursum et collationē. Et licet in mi-
nore tpe possit ꝙ̄ nos adhuc pōt in tpe licet quasi
impceptibili. ¶ Scd̄a ꝓpō. Etiā si angelus simul
tēpore cognosceret in instāti premissas et cōclusio
nem adhuc tn̄ discurreret qꝛ nō est incōueniēs ꝙ
causa et effectus simul tpe incipiāt dū tn̄ causa sit
nālis ipsius effect⁹. Un̄ licet angelus simul tpe vel

eodē instanti haberet notitias pmissarū et oclusionis adhuc tñ pmisse sunt cā pclusionis. ¶ Cor^m ad discursum non requirit necessario tēpus. pz de angelo. ¶ Cor^m ad discursum sufficit notitiam pmissarū causam esse notitie oclusionis. ¶ Cor^m In deo aūt non sic qm deus nihil cognoscit nisi p essentiā ppriā: ideo cōmuniter negaf q sit discursus in diuinis saltē sm rōnem causalitatis pmissarū respectu oclusionis. ¶ Ad illud qd in penultimo argumēto querit. Utrū hoc nomē psone stet p cōmuni aut pro hypostasi. Primo pōit rnsiōes duas quarū prima nō valet. Scda autē stat in hac distinctione. Triplex est incōmunitas seu incōmunicabilitas sicut triplex est cōmunitas seu cōmunicabile. s. per pdicationē cōpositionē et vnionē. Communicabile p pdicationē est illud qd pdicaf in recto de illis quibus cōmunicaf. Hoc mō oē supius cōmunicaf suis inferioribus: et de vīe suis singularibus. Cōmūicabile per cōpositionē est illud qd est cōponibile cū alio ad cōstituendū vnū tertiū. Cōmunicabile autē per vnionē est illud qd est vnibile alteri tanq digniori vniōe hypostatica. Hoc mō nā humana in xpo est cōmunicabilis nō autē pmo nec scdo mō: Et sic eodē modo triplex erit incōmunicabile. ¶ Prima ppō. Incōmunicabile p pdicationē ē de rōne hypostasis: nullū enī singulare est cōmunicabile per pdicationē. ¶ Scda. ppō. Alia duplex incōmunicabilitas est de rōne indiuidui: sic q indiuidua sba dicatur. i. incōmunicabilis existentia. ¶ Cor^m scdm. Per istuz ergo ñ ois hypostasis est idiuidua sba: q: idiuidua sba dicit duplicē incōmunicabilitatē: et sic plus dicit q hypostasis. Et sic diceref q aīa eēt hypostasis lz non psona. Et lz bene saluet q ibi non sit nugatio tñ doctor Seraphicus bene querit ab eo quo capitur sba i diffinitione hypostasis qua saltē diceref est sba singlaris nō pdicabil de pluribus. ¶ Uñ tertio dī q sba i illa diffinitiōe stat ibi sz qd h nomen sba diuidif i pmā et scdam: et ita in qda cōītate ad sbaz vlem et particularē. Et illud nomē indiuiduus coartat illā in dīaz illius nois. ¶ Ultimū vel penultimū argumētū nō soluit: pōt tñ ex dictis solui dicēdo q dr q indiuidua substātia stat p incōmunicabili existentia et per hoc excluditur anima.

Circa secundum articulū queritur primo vtrū hoc nomen persona sit vere cōmune psonis icreatis. ¶ Pro declaratione notandū q psona est duplex. s. increata et creata. Persona increata solum dr de tribus suppositis in diuinis. Sed psona creata dr de oibus angelis et etiam hominibus excepto christo. Unde. ¶ Prima ppō. Ois angelus est persona pz inductiue. ¶ Scda propositio. Ois homo excepta humanitate christi est psona. ¶ Tertia ppō. Licet in diuinis psona necessario dicaf: in creaturis tñ mere ptingenter dicif. Prima pars pbatur q: illud necessario est psona qd nō potest nō esse psona. Sed in diuinis persona nō potest nō esse psona. ergo et cē. Secūda pars patet: quia psona creata pōt nō esse psona. ¶ Ex quo sequunf correlaria. ¶ Primū q aliqua natura que actu est psona pōtest desinere esse persona. ¶ Scdm correlariū. Aliq nā que nō est psona pōt incipere esse psona: patet quia nā humana assumpta a xpo q nō est psona posset de potētia absoluta dimitti a verbo. Dicere aūt naturā humanā i xpo esse psonā est hereticū: licz xpo sit psona: quia xpe est nomē suppositi in duabus naturis. ¶ Tertiū correlarium. Persona increata non potest desinere esse persona nec potest incipere esse persona.

Resolutio huius questiōis stat in tribus ppositionibus vel tribus modis dicēdi vel opinionibus. ¶ Prima propō. Essentia in diuinis est cōmunis tribus psonis. ¶ Secunda ppositio. Persona est aliquid cōmune tribus psonis. s. patri et filio et spiritui sancto. Probaf per rōnes ante oppositū. Et prima est sancti Augustini et minorē valde notandā assumit Augustinus septimo de trinitate. Ideo inquit dicunf tres persone quia cōmune est eis qd est persona. Sed constat q ad plurificationē non sufficit cōmunitas nominis. ergo et cē. ¶ Uñ regula. Omne numeratū in aliquibus ponit vniuocationem in eis in quibus numeraf. Equiuocuz enī vl equiuocū nunq numeraf. Cōstat enī q omnino improprie dicitur q sydus celeste et animal latrabile sint duo canes. Sequeretur enī nisi sic q homo pictus et homo viuus eēnt duo homines et tñ constat q hō depictus nō est hō. ¶ Alia regula. Omne nomen qd in se recipit signū distributiuū est vere cōe oibus illis p quibus distribuif. Sola enī vox si supponat personalr pōt distribui. Sed persona recipit distributionē vt ois psona diuina est necessaria. ergo et cē. Ex quo sequif q improprissime porphirius dicit. Si quis oia entia voceī eq uoce nuncupabit. Dicit enī duo pdictoria: vel contraria in eadē ppositione. vnū expresse. s. equiuoce: alterū implicite. s. vniuoce vt arguitur ex duabus regulis. ¶ Alia regula. Quodcunq terminus cōmunis recipit signum distributiuū tunc significatum terminū illius est vniuocū suppositis pro quibus distribuif. ¶ Tertia propositio. Essentia diuina et persona sunt duo cōmunia tribus personis. Alius tamē est modus cōmunitatis ipsius essentie: et alius ipsius psone. Prima pars est epilogatio duarum propositionum pdictarū. Scda pars patet: quia eētia nō plurificaf in personis. Persona autē plurificatur in ipsis. ¶ Et licet que sto sit soluta: tñ de dīs illorū modorū cōmūitatis ipsius eētie et psone: ponit tres opiniōes probabiles et tertius est clarus. ¶ Pria opinio stat in vna distinctione et duobus dictis. ¶ Distinctio est talis Aliquid esse cōe potest intelligi dupliciter: Uno modo

modo positiue: sicut aial suis iferiorib⁹. Alio mō puatiue: vt non aial est cōmune lapidib⁹ ignis ꝛ alijs. ¶ Primū dictū. Essentia diuia est cōmunis ſm positionē idē positiue tribus psonis. ¶ 2ᵐ dictū. Persona est cōis trib⁹ psonis p puationē: pꝫ quia dr̄ incōmunicabilis q̄si non cōmunicabilis. ¶ 2ª opinio etiā stat in vna distinctiōe ꝛ duob⁹ dictis. ¶ Distinctio. Duplex est cōmunitas. Una est ſm vnitatē nāe absolute. Alia ſm similitudinē habitudinis. Prio mō illud dr̄ cōmune qđ est positiue in pluribus: sicut q̄libet spēs in suis idiuiduis. Scđo mō illud dr̄ cōmune qđ hꝫ similē habitudinē. Exēplū. Modus regēdi illo mō ē cōis naute ꝛ rectori scolariū. ¶ Primū dictū. Essentia diuina est cōis ſm vnitatē nāe absolute. ¶ 2ᵐ dictū. Persona est cōis trib⁹ psonis solū ſm similē habitudinē. Illū modū dicēdi doctor magis approbat ꝛ bene. ¶ 3ª opinio stat in vna distinctiōe ꝛ duob⁹ dictis. ¶ Distinctio. Duplex est cōmunitas. s. Rei ꝛ rōnis. Rei dr̄ illud cōmue qđ est vere cōmune suis inferiorib⁹. Cōmune vero rōnis dr̄ illud qđ nihil dicit cōmune rei sed solū vnā relationē rōnis. ¶ Primū dictū. Essentia diuina est cōis trib⁹ cōmunitate rei. ¶ Scđa dictū. Persona est cōis tribus psonis cōitate rōnis. pꝫ qꝛ hoc dicit psona in diuinis qđ indiuiduū in creaturis. Sed illud dictū vltimū est simplr̄ falsum. Pria opinio trāseat Scđa placet. 3ª autē reprobat a doctore subtili qꝛ nihil positū in diffinitione psone dicit ens rōnis. ¶ Ulterius sanct⁹ Bonauētura post tres opiniones recitatas epilogando ꝛ quo ad aliqd oēs approbādo dicit. Oēs isti modi dicēdi ꝯuenientes sunt ꝛc̄. Persona enī dicit incōmunicabile ſm rōnē. i. diffinitionē ꝛ hoc dicit priuationē cōmunitatis. s. rei vt patet in solutiōe. Persona vlterius qꝛ incōmunicabilitatē hꝫ rōne eius qđ subest pprietati distiguēti dicit habitudinē ad pprietatē sicut p nomē hypostasis. Exemplū. Pr̄ ē icōmūicabilis rōe paternitatis ꝛ cū paternitas ꝛ filiatio sint relatiōes p ꝯñs psona patris dicit necessario habitudinē ad pprietatē filij. Subest autē psona patris pprietati sicut ꝯstitutum sub proprio ꝯstitutiuo.

Solutio argumētorū. ¶ Pro pmo argumēto in oppositū. Notandum. Quia psona diuina nō est per additionē numerata in tribus psonis iō nō est vl'e. Itē qđ priuat cōitatem nō est ſm hāc cōe: sed psona puat cōitatem rei nō autē rōnis. i. diffinitiōis. Et qñ arguit sic. Persona dicit quid cōmune trib⁹ psonis pte: ꝛ dr̄ ſm sbaꝫ. Sed oē qđ est cōe ſm sbam: dr̄ ſm sbam cōmunē. ergo psona nō plurificabit. Dicendū q in argumēto sunt q̄tuor termini qꝛ in maiori accipit cōmunitas vel cōmune ſm similitudinē habitudinis. In minore aūt capit cōmune ſm vnitatem nāe absolute. Et iō ibi est fallacia accidētis propter diuersam mediJ habitudinē. ¶ Ex his sequunt due ppōnes. ¶ Pria ppō. Persona est cōis si solū cōitate rōnis sꝫ nois. rōnis ꝛ rei. Rōnis. i. cōcept⁹ cui aliqd corrūdet i re saltē pportiōalr. ¶ 2ª ppō. Cōitas i re ē duplex. Quedā ſꝫ vnitatē rei i se ꝛ absolute. Alia ſꝫ silēꝫ pportionē vl' hītudinem.

Querit scđo. Utrū h nomē psona sit cōe vniuocū creatis ꝛ icreatis psonis. Nō q̄rit hic vtrū vniuoce pdicet sed vtrū sit vniuocū pdicatū ad psonā creatā ꝛ increatā. ¶ Notādū q aliud est pdicari vniuoce: ꝛ pdicatū vniuocū: pdicari vniuoce ē pdicari ſꝫ vnū nomē ꝛ ſꝫ eādē rōnē q̄dditatiue ꝛ i pmō dicēdi p se. Predicatuꝫ vero vniuocū ē qđ pdicat ſꝫ vnū nomē ꝛ eādē rōneꝫ: siue ſꝫ sit q̄dditatiue vel denominatiue. Illo mō albū dictum de ligno ꝛ lapide est predicatum vniuocum. Et de illo querit questio nostra.

Responsio sancti Bonauē. stat in duabus distinctionib⁹ ꝛ septem ppōnib⁹. Prima distinctio est hec. Duplex est cōmunitas. Quedā est ſꝫ cōitatē nāe absolute. Alia est ſm cōitatē similis habitudinis. ¶ Pria ppō: Persona nō est cōmūis cōmunitate nāe absolute deo ꝛ creaturis. Pꝫ: qꝛ nulla res ē cōis deo ꝛ creature. ¶ 2ª ppō. Persona vt est cōis deo ꝛ creature solū dicit cōmunitatē similis habitudinis sup quā pōt fundari relatio rōnis. Pꝫ: qꝛ sicut pater ꝛ filius sunt supposita nāe diuine distincta pprietatib⁹: sic michael ꝛ gabriel sūt supposita nāe angelice: ꝛ iohānes ꝛ petr⁹ sūt supposita nāe humane. ¶ 3ª ppō. Quia cōsimilis habitudo reperit i psonis creatis ꝛ increatis: iō hoc nomē psona non dr̄ pure equoce sed analogice de ipsis. ¶ Scđa distinctio. Cōmunitas similis habitudis pōt capi duobus modis. Uno mō p respectū ad res eiusdē generis: vt petr⁹ ꝛ paulus sunt indiuidua. Alio mō p respectū ad res diuersoꝝ generū sicut si cōparet hec albedo ꝛ sortes penes silēꝫ habitudinē. ¶ 4ª ppō. Qñcūqꝫ ē similis habitudo aliquoꝝ eiusdē gn̄is: tūc nō solū ibi est analogia: sed ēt ibi est vniuocatio ꝛ eq̄lis ſm eq̄litatē. ¶ 5ª ppō. Qñcūqꝫ est similis habitudo aliq̄rū diuersorū generū: tūc est ibi tm̄ analogia penes ieq̄litatē. ¶ Uñ cōis opio est (cui vr̄ fauere doctor iste) q accidētia differunt nūero pp subiecta ꝛ siue sit vera siue nō: mihi nō ē cura: eo q nō lege Scotū tenet enī oppositū. s. q psona sit vniuocū deo ꝛ creature in tertio distinctione pria. q. j. ¶ Sexta ppō. Persona dr̄ de psonis icreatis ex vna pte solū: ꝛ de psonis creatis ex alia pte solū: nō tm̄ analogice: sꝫ ēt vniuoce. ¶ 7ª ppō Persona vt dr̄ de psonis creatis ꝛ increatis nō dicit vnū cōmune vniuocū ipsis pprie: sꝫ magis analogicū. ¶ 8ª ppō. Hoc nomē psona ſm rē pri⁹ dr̄ de psonis icreatis q̄ creatis: nā ſꝫ nomē p pri⁹ dr̄ de psonis creatis. 2ª ps pꝫ: qꝛ pri⁹ nomē ē ipositū creatis. Pria pars pbat: qꝛ psona ſꝫ rē nihil ē nisi suppositū itellectuale. Sꝫ cōstat q psona diuina est in nā itellectuali nobilissima. Uñ ꝛ ipa ē nobilissima psona. Nobilissimū aūt est pri⁹ ignobiliori.

¶ Rationes post oppositū sunt ad suū propositū: sed facile est Scotiste eas soluere. Itē cōtra. Si ratio sua valeret concluderet q̄ nullum genus esset vniuocū suis speciebus; eo q̄ species nō sunt equaliter in ipso bm Aristotelē. Nam vna est mensura aliarum. ergo. ¶ Primū argumentū qđ soluit bonum est si ponderet: nec plene soluit eo q̄ licet particulares rationes persone diuine ⁊ create sint diuerse cum hoc tamē stat q̄ sit vniuocū in rōne cōmuniori. Unde notandum q̄ nulla persona diuina est alteri persone diuine cōmunicabilis in vnitatē suppositi. Impossibile enim est q̄ pater assumat filium. Et tantum de illa distinctione.

Circa vicesimamsextam distinctionem querit primo. Utrū in diuinis sit ponere ꝓprietates. ¶ Pro declaratione terminorū notandū q̄ ꝓpetas diuinaꝝ ꝑsonaꝝ capit dupli͛. Uno° pro ipsimet personis adequate. Hoc modo proprietas patris est ipse pater. Hoc modo capit sanctus Hieronymus dicens. Impietatē sabelij declinantes tres ꝑsonas expressas nominamus: non tm̄ nomina: sed etiam nominū proprietates confitemur: vt sit intransitiua cōstructio proprietates personaruȝ. i. proprietates que sunt persone. Alio mō capiūtur proprietates in diuinis: pro quibusdaȝ entitatib⁹ que nō sunt adequate ipse persone: sed sunt ipsarum cōstitutiue. Nam in patre bm fidē est duplex entitas. Una est cōicabilis ⁊ omnino eadem in patre ⁊ filio ⁊ spiritusancto: ⁊ est essentia diuina. Alia est entitas in patre incōmunicabilis per quā distinguit pater a filio: ⁊ dicit paternitas seu generatio actiua. Et est entitas distinctiua patris a filio: ⁊ cōstitutiua ipsius inesse patris. Cōsimiliter i filio ponit duplex entitas ⁊c̄. Practicare potes sic in pře. Cōsimiliter i spiritusancto. ¶ Ulterius notandū q̄ duplex est proprietas in diuinis scȝ positiua ⁊ ꝓuatiua. Proprietates positiue in diuinis sunt tantū tres scȝ generatio actiua: filiatio ⁊ spiratio passiua. ¶ Gregorius tamē de arimio ⁊ eius sequaces ponunt tertiuȝ genus dicentes q̄ proprietates ꝑsonarum possunt⁹ capi pro complexis significabilibus: quale est. Pater genuit filiū. De proprietate aūt priuatiua nō est presens intētio: sed infra distinctiōe vicesimaoctaua: vt ē innascibilitas.

Responsio sancti Bonauenture diuiditur i duas ptes. In prima pte ponit cōclusionem sacrā omniū catholicoꝝ. In secunda pte ponit duos modos dicendi. ¶ Conclusio ē talis. Omnes catholice tractatores ⁊ theologi posuerūt ꝓprietates ꝑsonales i diuis. Et ꝓbat septē ratiōibus: q: doctor remittit se ad argumēta ⁊ maxie ad qntū argumētū. Uñ ꝓpetas ꝑsonalis ē quedā entitas distinguens vnā ꝑsonaȝ ab alia ⁊ constituens ipsam inesse personali. ¶ Propter primā pticulā scȝ q̄ sit vna entitas. Sequitur correlariū q̄ nulla ꝓprietas priuatiua: vt innascibilitas ꝓprijssime dicit ꝑsonalis. Scđa particula ponit propter spiratione actiuam. Tertia scȝ ⁊ constituens ⁊c̄. ponitur ꝓpter maiorem expꝛssionem. Scđm correlariū. Generatio actiua ⁊ paternitas sunt eadē ꝓprietas. Tertiū correlariū. Generatio passiua ⁊ filiatio sunt eadē ꝓprietas. ¶ Unde maxima logicalis. Illa que vni ⁊ eidem incōicabili sunt eadem illa inter se sunt eadem. Sed spiratio actiua ⁊ paternitas sunt eadem vni ⁊ eidem incōicabili scȝ patri. ergo ⁊c̄. Quartū correlariū. Generatio actiua ⁊ filiatio nō sunt eadē proprietas. probatur. Quia pater ⁊ filius differunt realiter. ergo paternitas ⁊ filiatio differūt realiter. pȝ. Quia tanta est distinctio inter ꝓprietates q̄nta est inter personas. ¶ Et nota ꝓpositiōeȝ bȝ Scotum q̄ spiratio actiua ē eadem realiter cū pr̄nitate: ⁊ eadē spiratio actiua est eadē realiter cū filiatiōe. Probat: quia spiratio actiua est eadem cum patre ⁊ filio. g̃ est eadem cū paternitate ⁊ filiatione. Et licet generatio actiua siue paternitas ⁊ spiratio actiā sint eidem realiter differunt tamen formaliter. probat. Impossibile enim est q̄ idē omnibus modis ideȝ sit communicabile ⁊ incōmunicabile vere ⁊ realiter. Sed spiratio actiua ē cōmunicabilis: q: filio cōmunicat: ⁊ generatio actiua nō cōmunicabilis. ergo ⁊c̄. ¶ Est aūt opinio durandi in primo distinctione. xiij. q̄ spiratio actiua sit realiter distincta a paternitate ⁊ filiatione. Et ideȝ videtur hic dicere Sanctus Bonauentura. Parisiēses tamē hodie hoc non dicerent. eo q̄ sequit q̄ sint quatuor res realr̄ distincte in diuinis. Et hoc relatiue saltē cōcedit durandus. Itē sequeret q̄ in eadē ꝑsona simplicissima eēnt due res realiter distincte. Itē cōtra eū vadit maxima supra posita. Et format dubium Utrū paternitas ⁊ filiatio sint idem realiter cū spiratione actiua. ¶ In secunda parte que icipit ibi. Sed diuersificati sunt ponunt duo modi dicēdi. primus reprobat ⁊ stat in duabus propositiōib⁹. ¶ Prima ꝓpositio. Quia quelibet persona in diuinis habet summā simplicitatem: ⁊ est eque simplex sicut essentia: ⁊ sicut in essentia diuina nō differunt quo ⁊ qđ: ita in persona non differunt realiter: q̄ distinguit ⁊ quo distinguit. ¶ Secūda propositio. Suppositū ⁊ ꝓprietas qua distinguitur sunt omnino idem in diuinis bm rem: differūt tñ bm modum intelligendi seu rationem. ¶ Ista est opinio nominaliū. Tñ antequā essent nati moderni Sancti doctores: vt Bonauentura ⁊ Thomas reprobauerūt eā. Solus tñ sanctissimus olaȝ in ista pte ē fie realis. Gregorius de arimino ⁊ mlt̄i alij moderni vident eē hui⁹ opiniōis false ⁊ ꝑiculose.

Opinio sancti Bonauenture stat in septē ꝓpositionibus.

¶ Prima propositio. In eadem persona in diuinis sunt due ꝓprietates nō solū distincte in modo loquendi: sed sunt etiā due ꝓprietates distincte realiter. Ista

liter. Ista ppositio probatur per quintū argumentum ante oppositū. Et hoc patet. Quia ille due proprietates generatio actiua & spiratio actiua sunt in patre & distinguunt nō solū rōne sed etiā realiter. & c. ¶ Quinta aūt ratio ante oppositum q̄ pbat ista ppō est hec. Sicut supra probatum est q̄ differunt passiua generatio & processio realiter alioqn non different psone. ergo generatio & spiratio differunt realiter. Sed iam generatio & spiratio est in vna persona non multiplicata (Ex hoc pz q̄ loqtur de generatione actiua & spiratione actiua) ergo cū psona patris sit realiter vna: & proprietates realiter plures. ergo ponere est proprietates realiter in diuinis differentes: sed non differentia eēntiali nec personali cum non sint in eadem persona ergo notionali. ¶ Unde triplex differentia vel distinctio potest imaginari in diuinis scʒ essentialis personalis & notionalis. Distinctio essentialis non habet locum in diuinis. Distinctio autem personalis est illa que est inter aliquas duas res quarum quelibʒ est persona: & vna non est altera: vel q̄ sunt in diuersis personis realiter distincti. Sed distinctio notionalis est illa q̄ est inter aliquas duas notiones quarum vna non est alia. Et hec est inter generationem actiuam & spiratione actiuaʒ. ¶ Correlarium. Distinctio personalis habet locum in diuinis. Et inter personas & tres proprietates personales. ¶ Notandum etiam q̄ distinctio realis est duplex scʒ pprie sumpta: & large capta. Distinctio realis proprie sumpta est illa que est inter reʒ & rē. Et licet Bonauētura videat dicere q̄ sic distinguatur paternitas & spiratio actiua tamen posset concordari pro secundo membro. Sed distinctio realis large capta accipit pro illa que est inter duo & hoc siue sint duo realiter siue due rōnes formales ita q̄ secluso omni intellectu adhuc esset talis distinctio inter ipsa. Et hoc scdo modo dicit Scotus distingui paternitatē & spirationē actiuaʒ. Primo mō autē non. ¶ Et scias q̄ in tribus locis scʒ de potētijs anime distinctiōe tertia pmi libri: & .xiij. distinctione eiusdem libri: & i presenti loco scʒ distinctione vicesimasexta q. j. ponit doctor seraphicus distinctionem formalem: licet non baptizet eam: lʒ videtur verba eius sonare q̄ sit distinctio realis: hoc autē multipliciter probatur ex littera ɓm doctorem subtilem (q non tātā poneret distinctioneʒ quantā videtur verba sancti Bonauentu. sonare scʒ qd̄ sint plures res) dicit q̄ licet paternitas vel generatio actiua sit eadē res (sed non eadē notio) cū spiratione actiua: est tamen non idem formalit cum ipsa. Unde spiratio actiua non est paternitas nec ecōuerso. Et hoc est propter abstractionem. Et quia nullū formaliter est infinitum. ¶ Scda ppō. In diuinis vna persona comparat ad aliam personam ɓm vnā relationeʒ simplicissimā. Patʒ: quia pater refertur ad filium p̄ vnitate. ¶ Tertia ppō. In diuinis vna psona simplicissima referf ad plures personas p vnā relationē simplicissimā. patet de spiritu sancto q spiratiōe passiua refertur ad patrem & ad filium. Nam sicut ego habeo vnicaʒ dependentiā ad tres personas: tanq̄ ad vnum creatorem: sic spūſsanctus refertur ad patrem & filium vnica spiratione passiua. ¶ Quarta ppositio. In diuinis vna psona referf ad plures psonas p diuersas habitudines. pʒ de filio q referf pc̄eʒ filiatiōe. spiratōe v̄o actiua refertur ad spm̄sanctū. ¶ 5ª ppō. Plures psone in diuinis p vnicā habitudinē simplicissimā referunt ad vnam personam. vt pater & filius ad spiritumsanctū per spiratione actiuā. ¶ Sexta ppositio. In diuinis vnitas vel pluralitas habitudinis non pōt accipi a parte eēntie: nec ex pte psone que referf: nec ex pte persone ad quā refertur. Hec ppositio pʒ ex p̄cedentibus. Si eni vnitas relationis sumeret a parte essentie: sicut vnica est essentia sic vnica esset habitudo. Cōsimiliter patent alia membra. ¶ Septia ppō. Restat q̄ vnitas vel pluralitas relationū in diuinis sit sumenda penes aliū modū a parte rei q sit distinctus a tribus illis modis. ¶ Ad dādū illū modū nota ppōnes seqūtes in qbꝰ cōsistit resolutio pprie opiniōis.

Resolutio questionis ɓm ppriā opinionē. Et cōsistit in octo ppōnibꝰ.

¶ Prima ppositio. In diuinis proprietates differunt a se inuicem realiter. ¶ Scda ppō. Proprietates personarū differunt ab ipsis psonis aliquo mō ex natura rei vel a parte rei & est idem. ¶ Tertia ppositio. Quia in vna essentia in diuinis non plurificata: ponimus tres personas realiter: ideo modus dicendi essentialiter & modus dicēdi psonaliter nō differūt solum a parte nostra idest a parte nostri intellectus: sed etiā a parte rei. Prima pars est articulus fidei. Secunda pars pʒ: quia modus dicendi essentialis sumitur ab essentia: sʒ modus essendi personalis sumitur a persona modo persona & essentia distinguūtur realiter. & c. ¶ Quarta propositio. Sicut ille modus dicendi essentialr & modus dicendi personalr sunt a parte rei: ita dicendū est de modo dicendi personalr & de modo dicendi notionalr. ¶ Quinta propositio. Modꝰ dicendi in diuinis ɓm magistros parisienses ē triplex. Primus est modus dicendi essentialis. Secūdus personalis. Tertius vero notiōalis. Modus dicendi essentialis est quādo aliquod p̄dicatum dicit de qualibet persona singillatim: & de oībus simul sumptis in singulari. Modus dicendi personalis: est quādo aliquod predicatum dicitur de vna sola persona: sic q̄ nō potest dici de alia: vt pr generat. Modus vero dicēdi notionalis: est quādo aliqd̄ p̄dicatuʒ dicitur de pluribus personis sed nunq̄ potest dici de tribus nec de vna sola. Exemplū: vt pater & filius spirāt & c. ¶ Sexta propositio. Isti tres modi p̄dicandi in diuinis vocant ab antiquis doctoribus alijs tribus nominibꝰ. s. modus predicandi in quid & est essentialis. Mo

dus predicandi in quis: et est personalis. Modus predicandi in quē idest in quo non se habet. et est notionalis. ¶ Septima propositio. Ex cōmutatione alicuius istorū modorū predicandi in aliuz: fit fallacia figure dictionis: sicut in creaturis ex commutatione vnius predicamēti in aliud fit talis fallacia. Exemplum in creaturis. Quicquid heri emisti hodie comedisti: crudū heri emisti. ergo crudū hodie comedisti: ibi cōmutatur substantia in qualitatē. Exemplum vbi cōmutatur vnus illorum modorū predicandi in aliū: vt pater generat: essentia diuina est pater. ergo essentia diuina generat. Hic mutatur predicatio identica in formalez. Minor enim est identica. Et ideo videtur etiā debere dici essentialis. Uel clarius tale erit exemplū pro Bonauenture distinctione. Omne quod est pater generat: Essentia diuina est pater ergo essentia diuina generat. ¶ Octaua propositio. Sicut igitur in diuinis vere est essentia et vere sunt persone: ita vere sunt personaruz proprietates. Correlariū. Erubescant igitur nominales qui dicunt ꝙ soluz in modo loquēdi differūt ille ꝓprietates ꝙ sapit heresiz.

Pro solutione argumentorū. Notandū ꝙ primū argumentū in oppositū est per auctoritatez Hylarij de trinitate: et arguit sic Pater et filius et spūsctūs solum differūt nominibus: igitur non sunt ibi reales proprietates. Pro cuius solutione nota regulā generalem. ¶ Quod quãcunq̄ (regulr) sacra scriptura: vel doctores sancti loquūtur de noībus diuinis intelligitur semper de re nominata vel accipiunt semper pro rebus importatis: vt domine dominus noster ꝙ admirabile est nomen tuum domine etc. ¶ Pro secunda solutione notandū ꝙ differre ratione capitur tripliciter. Uno modo differre ratione est a parte nostre apprehensionis. ¶ Propositio. In deo magnitudo et bonitas differunt ratione: solum a parte nostre apprehensionis. Et illa nihil ponit in re seu a parte rei. Alio modo differre ratione est ſm differentiā attributionis. ¶ Propositio. Essentia et psona in diuinis differunt taliter. Essentia enī est cōmunicabilis: sed persona est icōmunicabilis. ergo etc. Et huic differentie rationis correspondet aliquid in realitate non esset maior prima. Et reuera illa est distinctio formalis quā ponit doctor subtilis. Tertio modo differre ratiōe est differre ſm pluralitatem distinctionū. ¶ Prima propositio. Illa ponit distinctionē realē. ¶ Secunda propositio. Hec non repugnat summe simplici cū fundat super respectus: nec dicit distinctionem essentialem. ¶ Tertia propositio. Illa distinctio inducit tantam distinctionē ꝙ sic distincta non predicantur de se inuicem. Non tamen inducit tantā in diuinis ꝙ distinguant essentialiter etc. ¶ Notandū ꝙ prima ratio scz post auctoritatē Damasceni videtur ire principaliter contra distinctionem proprietatū in eadem persona: quod pz ex applicatione distinctionis dicte ibi. Dicendū igitur ꝙ proprietates personales non distinguūtur in eadem persona. Quod si quis vellet arguere de distinctione proprietatis a persona. Dicēdū ꝙ maior argumēti non est vera nisi de differentia tertio mō dicta: et cū hoc super absoluto fundato etc. ¶ Pro tertio et quarto argumentis in oppositū. Notandū ꝙ duplex est differentia. Quedam enim est inter entitates absolutas. ¶ Propositio. Hec differentia repugnat simplicitati diuine. ¶ Regula. Quicqd est absolutū in diuinis est idem cum eēntia et cum qualibet persona. Alia est differentia: que est inter plures relationes. ¶ Propositio. Differentia relationū non obuiat simplicitati diuine. Istam distinctionē ponit textus sancti bonauenture. Licet nō sic omnino appunctuate. Differentia autē rationis accipit tertio modo ſm pluralitatez distinctionum. ¶ Ponit quoq̄ duas ꝓpositiōes dubias: ꝓpter q̄s notandū ꝙ vt dicit simplicius in predicamentis. Mutatio est duplex scz ad se et ad aliud. Mutatio ad se vel illud dicitur mutari ad se qđ mutat ſm aliquam entitatem absolutā: vt quando aliqs deperdit sanitatē et acquirit infirmitatē. De hac intelligitur. ¶ Prima ꝓpositio. Dubia sancti Bonauenture vbi dicit. Uidemus aliquem respectum de nouo esse circa aliquid. illo nullo modo mutato supple mutatiōe ad se. Mutatio vero ad aliud vel ad alium est illa qua aliqua entitas respectiua deperditur vel acquiritur. ¶ Propositio. Possibile est aliquē respectuz de nouo aduenire alicui eo nullo modo mutato ad se: vt si ethiops fiat albus fit similis mihi. Scotus autē de alia dicit. Impossibile est aliquē respectum de nouo aduenire alicui quin illud mutet scz ad aliquid. ¶ Secūda ꝓpō. Dubia. Impossibile est ꝙ plures respectus reales realiter et essentialiter distincti sint in aliquo quin sit cōpositius. Oppositum videtur dicere sctus Bonauētura vbi dicit dubitando tamen. Uidemus aliquid habere plures respectus: ipso tamē manente sine cōpositione. Et sumit in illo dicto ꝑ exēplo. Albus similis nō est cōpositius albo. Nota tñ ꝙ cōpositio est duplex scz ex rebus absolutis. Et sic vera est ꝓpositio sancti Bonauenture vbi dicit. Uidemus aliquid habere plures respectus ipso sine compositione (scz ex rebus absolutis) existente. Alia est cōpositio ex duabus rebus siue absolutis siue respectiuis. De hac cōpositione intelligitur ꝓpō opposita ꝓpōni sancti Bonauētu. Nā albus similis compositus est albo tantū ſm talem compositionem. ¶ Pro solutione quarti argumēti Notādū ꝙ ꝓprietates sunt duplices. s. eēntiales et ꝑsonales. Proprietates essentiales sunt ille q̄ cōsequūtur essentiaz inquātū essentia est vt bonitas: vītas: sapiētia: misericordia: clementia. iustitia et huiusmōi. Proprietates v̄o ꝑsonales sunt ille que distiguūt personas a se inuicem. Prima ꝓpō. Proprietates essentiales in diuinis quia sunt absolute nō distinguunt.

¶ Secunda propositio. Proprietates personales in diuinis qz sunt respectiue nihil obstat φ distinguantur. ¶ Tertia propositio. Proprietates eēntiales transeunt in essentiam diuinam. Relatio autem manet scz cum aliquali distinctione. ¶ Unde notandū φ transire in essentiā (bm doctores communes) ē oīno eē idē ipsi eēntie seu oīno idētificari ipsi eeīntie. ¶ Pro solutione vltimi argumēti. Nota ppōnes. ¶ pª ppō. Eēntia diuina nō pōt referri relatiōe reali nisi ad aliā essentiam. ¶ Secūda propositio. Essentia diuina ⁊ relationes non referuntur ad se inuicem relatione reali. ¶ Tertia propositio. Essentia diuina non potest referri relatione reali. Probaī. Quicquid refertur ad aliud relatione reali ordinatur ad ipsum. Sed sicut vult phus. xij. metaphisice. Deus non ordinaī ad res sed res ad ipm: qz est principiū ordinis vniuersi: nō aūt est de vniuerso. ergo ⁊c̄. Unde cuz dicit dñs creature innuit relatio rōnis bm dici. ¶ Et si arguas contra. Deus est realiter dñs creature. ergo habet dominiū realiter. ¶ Respōdeo φ si intelligas realiter. i. vere tūc cōcedo φ est dñs realiter idest ve. Si autem velis φ sit dñs realr idest habens realē habitudinē ad creaturā sic nego: quia illa habitudo esset realiter idē cū deo tanq̄ fundamentuz bm Scotū: quia nihil reale in deo ppter summā simplicitatē qn sit deus. Et tūc sequereī φ deº nō posset eē sine creatura: qz relatio nō pōt eē sine fundamēto ⁊ termino ⁊c̄. ¶ Pro q̄ notādū φ referri seipso tripliciter pōt itelligi. Unoº φ iter rē ⁊ respectum rei nullū sit mediū. Hoc mō mā seipa referī ad formam: ⁊ ecōuerso forma seipsa informat materiaz. Non intelligendo φ iste respectus sit idē realiter ipsi anime. Sed qz in anime essentia fundaī ille respectus. Alio modo referri seipso potest itelligi. sic φ inter ipm ⁊ suum correlatiuuz nihil mediat qd nō sit alterū illorum. Tertio modo potest intelligi aliquid seipso referri sic scz quia ipsuz quod refertur nō est nisi relatio: sic scz φ nihil aliud sit nisi respectus. Hoc modo nihil pōt referri seipso. Unde Augustinus. Relatiuū semp est aliqd excepta relatione. Ubi notandū φ est differentia inter relationē: relatiuū ⁊ relatum. Nā relatio ipsa est ratio referendi. Non tamē negatur quin relatio aliq̄ possit referri: vt similitudo ad aliam similitudinē bz pportionem. Sed similitudo non est pportio. Relatiuum vero est illud quod referī: vt pater. Sed relatum est fundamentum ipsius relationis vt hō.

Secundo querit de pprietatibus quid sint ⁊ quot sint relationes. Et sensus questionis est. Utrum proprietates diuine sint entitates absolute vel respectiue. ¶ Qm̄ omnis entitas aut ē absoluta aut respectiua. Ideo notandum φ entitas absoluta est illa cuius ratio formalis est esse ad se: vnde absoluiī a termino. Entitas vero respectiua seu relatiua est illa cuius ratio formalis est esse ad aliud ⁊c̄.

Resolutio questionis stat in vna ɔclusione: ⁊ est talis. ¶ Oēs pprietates in diuinis necessario sunt relatiōes sicut psnitas. Pz: qz sunt incōicabiles. Unde arguo sic. Quicqd est incōicabile in diuinis ⁊ vni soli cōuenit est relatio. Sed ois pprietates est incōmunicabilis. ergo ois proprietates est relatio. Procedit aūt bz cōmunē opinionē theologoz. ¶ Unde regula. Oē absolutū in diuinis ē cōmune tribus. Correlariū. Nullū absolutū in diuinis est incommunicabile. ¶ Dicit sctūs Bonauētu. innuēs aliā rationē tuȝ etiam qz realr differūt. Et arguit sic. Quicqd realiter differt ab alio in diuinis est relatio vel relatiuū: Sed pprietates in diuinis differunt realiter a se inuicē. ergo ⁊c̄. Maior pz: qz oia absoluta in diuinis cōuentiūt tribus psonis. Nullū eni absolutū in diuinis distinguiī realiter ab alio. Oia eni ibi absoluta sunt essentialia ⁊ oia essentialia transeūt in essentiā diuinā. ¶ Dicit sanctus Bonauentura Sola relatio manet in diuinis: hoc est licet sit eadem cum essentia diuina differunt tamen realr inter se: ipse proprietates: hoc est qd dicit cōmuniter qd in diuinis solū vnū genus relationis mācet. ¶ Ad declarandū ista ponunī quinq̄z dicta a doctore Seraphico. ¶ Primū dictū. Relatio ɔuēit in aliq̄bus cū alijs gnībus seu pdicamētis ⁊ i aliis q̄bus differt. Sicut eni alia gnā sunt pdicamenta sic ēt relatio. Itē in hoc φ est genº entis. Itez in eo φ ɔuenit cū octo pdicamētis: licet nō cū sbā. Inq̄ztum aūt est ad aliud differt a qualitate: quantitate. Qz eni iportat habitudinē ad obiectū idest ad terminū. Et ex hoc pz φ ēt differt penes maiorem dependentiā. Nō eni solum depēdet ad subiectuz suū: sed etiā ad terminū. ¶ Scōm dictū. Quātuz ad pmas cōditiōes: inq̄ztū cōuenit cū alijs generibus scz cū qualitate ⁊ quātitate. Impossibile est illo mō manere relationē in diuis. ¶ Tertiū dictū. Quātū ad conditiones scōas in q̄bus ipsa relatio differt ab alijs gnībus: necesse ē quoddāmodo ipsam manere in diuinis: ⁊ quoddāmodo nō manere. Nā due sunt ɔditiōes in q̄bus differt ab alijs: vt supra pbaī. Quantū eni ad habitudinē necessario manet inq̄ztū scz dicit respectū ad obiectū idest ad terminū ppter verā distinctionē. Eo φ pī necessario poniī in diuinis. Nam nō est intelligibile φ aliqs sit pater alicuius. ⁊ φ nullam habitudinem habeat ad ipsuz. Quantuz vero ad dependentiaz necesse est non manere relationem ⁊c̄. ¶ Quartum dictum. Alia genera scilicet substantia: qualitas: quantitas: transeunt simpliciter in essentiam. ¶ Regula. Quicquid eniz est in deo realiter siue absolutū siue respectiuū est essentia diuina. Propositio. (Magis tn̄ apta ad scōz dictū) Sicut alia gnā trāseūt in eēntiā diuinā: sic etiā relatio quātū ad oēs ɔditiōes i q̄bus ɔuenit cū alijs gnībº. Unde relatio i diuis nō manet bz rōnē gnis vel pdicamēti. ¶ 5m ⁊ vltimū dictū. Relatio trāsit in diuis in

identitatẽ eẽntie diuie cõtum ad id qḋ dicit impfe
ctionẽ in creaturis ꝛ cõpositionẽ ꝛ depẽdentiaȝ.

Tertio queritur de ꝓprietatib⁹ cõtuȝ ad actũ. Et querit
Utrum actus hmõi proprietatũ sit hypostases di
stinguere aut distinctas ostẽdere ꝛc. ¶ Notandũ
primo pro declaratione terminorũ ꝙ differentia
eẽntialis: generica vel specifica hꝫ tres act⁹. Primo
hꝫ diuidere genus. Scḋo habet constituere speci
em. Tertio vero hꝫ facere differre. Et ſm hos tres
actus tria sortitur noĩa. Nam ſm primũ actuȝ dr
diuisiua: ſm scḋm cõstitutiua: sed scḋm tertiũ dr
distinctiua. ¶ Prima propositio. Diuisio in diui
nis non habet locũ. Scḋa propositio. Alij autem
duo actus .s. distinguere ꝛ constituere sunt in di
uinis. Non tñ est proprie ibi differentia: qꝛ nullũ
predicamentũ est in diuinis: sed tantũ principia
distinguenda. ꝓbatur. Quia cogimur ponere prĩ
cipium distinguẽdi in diuinis. ergo ꝛ eẽndi. Idẽ
autem est principiũ essendi seu ꝯstituẽdi ꝛ distin
guendi. Rationale enĩ est constitutiuũ hominis ꝛ
distinctiuũ ipsius ab omni alio. Proprietatis er
go in diuinis est duplex actus .s. constituendi ꝑso
nam ꝛ distinguendi easdẽ. ¶ Pro secunda parte
questionis (vbi dᷣ aut distinctas ostendere) Notã
dum ꝙ Petrus ꝛ paulus ostẽdunt distinctas ꝑso
nas. Nam diuersa nomina propria manifestãt di
stinctionem nominatoꝝ. Similiter de diuersis ac
cidẽtib⁹. Item diuersitas locorum notificat ꝛ ostẽ
dit distinctionẽ locorum. Sequitur ergo ꝙ aliud
est hypostases distinguere .i. cõstituere in esse per
sonali ꝛ a priori. Et aliud solũ ostendere eas iam
esse distinctas: ꝛ sic esse quasi aduenticia.

Resolutio questionis stat in duab⁹ opi
niõib⁹. ¶ Prima opinio est
cõmunior ꝛ verior quã etiã doctor subtilis tenet ꝛ
stat in trib⁹ dictis. ¶ Primũ dictuȝ. Abstractis ꝓ
prietatibus ꝑsonalib⁹ in diuinis. Impossibile est
intelligere ꝑsonas esse distinctas ad inuicem rea
liter. ꝓbatur. Remotis enĩ seu nõ intellectis pro
prietatib⁹ nihil manet nisi absolutũ. Sed omne ab
solutũ est cõmune trib⁹. ergo ꝛc. Omnis relatio
ad intra potest vocari ꝓprietas. ¶ Scḋm dictuȝ.
Proprietates ꝑsonales in diuinis dãt esse ꝑsona
le ipsis personis diuinis ꝛ constituunt eas in eẽ ꝑ
sonali. Prima pars patꝫ in lrã sctẽ Bonauẽture.
Intelligit autẽ de esse ꝑsonali lꝫ non addat. Patꝫ
enĩ ꝙ pr̃ deitate est simplr̃ paternitate autẽ est pr̃.
Scḋa pars probatur. Nam cõstituere in esse ꝑso
nali est dare esse incõmunicabile: sed hoc nõ est ni
si per proprietatẽ ꝑsonalẽ. Eo ꝙ oĩa alia sũt cõmu
nia. ergo ꝛc. ¶ Tertiũ dictũ. Iste ꝓprietates ꝑsona
les distinguunt ꝑsonas inter se inuicẽ. Et nõ soluȝ
manifestant distinctionẽ. Probaṫ. Eius enĩ est di
stinguere cuius est ꝯstituere. Sed proprietates ꝑ
sonales ꝯstituunt. ergo etiã distinguũt. Et hec opi
nio videtur securior. ¶ Scḋa opinio stat etiaȝ in
tribus dictis. ¶ Primũ dictũ. Abstractis ꝓprieta
tibus in diuinis adhuc possibile est intelligere ꝑ
sonas esse distinctas. probatur: quia abstracta pa
ternitate adhuc est itelligere illũ: q ab alio: ꝛ quo
alius. ¶ Scḋm dictũ. Proprietas ꝑsonalis in di
uinis nõ est ratio distinguẽdi ꝑsonas ſm rem: sed
solũ sicut rõ manifestandi distinctionẽ ꝑsonaruȝ.
¶ Tertiũ dictũ pro maiori expressiõe ꝑsone diui
ne constituunṫ aliquib⁹ entitatib⁹ absolutis: prio
rib⁹ seu ꝓcedẽtib⁹ ipsas ꝓprietates relatiuas. Pro
baṫ ex scḋa ꝓpositione ꝙ sit intentio illoꝝ. Prope
tas ꝑsonalis est rõ manifestãdi distictionẽ ꝑsona
lem vel ergo manifestãt veruȝ. Et sic distinctio est
iam facta: vel manifestant falsuȝ qḋ nõ est cõcedẽ
dum. Unde dicũt ꝙ aliquo absoluto constituaṫ ꝑ
sona tanꝗ̃ a priori. Et licet videaṫ (Sicut dicit sco
tus) valde noua ista opinio forte tñ nõ sic noua est
Eo ꝙ isti de hac opinione negarẽt ꝙ omne abso
lutũ in diuinis esset cõmune tribus. Nã dicerent
absoluta triplr̃ esse in diuinis. Et fundarent se in
Richardo de sancto victore. Et supra in textu ha
bitũ est ꝙ duplex est absolutũ ĩ diuinis. Quoddã
dicit naturã cõmunẽ: quoddã vero suppositũ cer
tum ꝛc. ¶ Alius tñ modus dicendi est quẽ innu
it sanct⁹ Bonauentura. Et est prepositum dicentis
ꝙ ꝑsone nõ distinguunṫ entitatib⁹ absolutis vt in
tertio dicto addidi: sed seipsis distiguanṫ. ¶ Sꝫ
ꝯ istã opiniõeȝ fortissime arguit doctor Subtilis.

Resolutio proprie opiniõis Doctor se
raphicus postꝗ̃ posuit duas
opiniones extraneas. Ponit suam ꝓpriaȝ opinio
nẽ. Que cõsistit in septẽ vł nouẽ ꝓpõnib⁹. ¶ Pri
ma ꝓpõ. In diuinis hypostasibus intelligimus
originem siue emanationẽ ꝛ habitudinẽ .i. relatio
neȝ. Hec ꝓpõ. fundaṫ in articulo trinitatis. ¶ Se
cunda ꝓpositio. Licet ſm rationẽ intelligendi or
go ꝓcedat illud quod oritur: tñ ſꝫ eandẽ rationẽ
intelligendi habitudo sequiṫ ipsum qḋ refertur.
Prima pars pꝫ sicut (vt grosso mõ loquar) factio
domus seu donificator ꝓcedit domũ: ꝛ generatio
precedit hominẽ ita in ꝓposito. Secũda pars pꝫ
quia prius opꝫ aliquid esse anteꝗ̃ referaṫ. Et fun
datur in dicto beati Augustini. ꝙ relatiuũ est ali
quid excepta relatiõe. ¶ Tertia propositio. Si ꝓ
prietas relatiua in diuinis dicat sola relationẽ tũc
nõ est ratio distinguẽdi ꝑsonas: sed est ratio mani
festandi ꝑsonarũ distinctionẽ. Hec propositio est
pro secunda opinione precedente. Aliquo enĩ mo
do sanct⁹ Bonauentura cõcordare nitiṫ illas opi
niones magis tamẽ declinat ad primam vt pate
bit. Hec autẽ tertia ꝓpositio probatur ex secunda
Quia enĩ habitudo consequiṫ ipsum qḋ refertur
cum ipsa proprietas dicat habitudinem ꝓsuppo
nit ipsum qḋ refertur. Et ita solũ manifestat distin
ctionẽ personarum. ¶ Quarta ꝓpositio. Si ꝓprie
tas in diuinis nõ solũ dicat habitudineȝ: sed etiã
originem: tunc talis ꝓprietas non solum est ratio
manifestãdi

manifestandi distinctionē personarum: sed etiā īquātū originem dicit: est rō distinguēdi: et p̄ cōseq̄ns cōstituēdi psonas. ¶ Quinta ppō. Circumscripta omni origine siue emanatione. impossibile est in diuinis intelligere personas distinctas. Probat: quia propter emanationē fuerunt coacti doctores sancti ponere pluralitatē personarum. Unde si filius non pduceretur a patre non esset distinctus a patre. ergo etc. ¶ Sexta ppō. Licet ī diuinis psonis sint idē oriri: esse et se ad alterū habere. ista tamen tria sunt ordinata sm̄ intellectum. Unde generari: oriri et esse filiū est idem filio. Spirari: oriri est idē spūisancto. Unde sm̄ modū nostrū intelligēdi primum est oriri. Esse scdm: sed se habere ad alterum est tertium. Nam filius accipit esse per originē seu oritur et habet esse a patre et habet se ad patrem. ¶ Septima ppositio. Quia origo et habitudo in diuinis sunt omnibus modis idē: ideo eisdem nominibus congrue nominantur. Circa qd̄ notandum q̄ duplex est origo in diuinis scz Origo generatio qua filius accipit esse et origo spiratio q̄ spūssanctus accipit esse. Et est duplex spiratio vt habitum est supra scz actiua et passiua. Spiratio actiua ē habitudo patris et filij tanq̄ vnius spiratoris ad spiritūsanctū. ¶ Correlariū. Paternitas non solū vocatur relatio sed etiam origo q̄ est generatio actiua. Ad maiorē expssionē nota. ¶ Octaua ppōnem. Licet origo et habitudo possint eodē nomine noiari: generatio tn̄ et spiratio pprie sm̄ modum intelligendi nrm dicūt originem. Et paternitas et filiatio relationes. ¶ Nona ppō. Quia sm̄ vsum cōmuniter loquentiū in theologia: et doctorum theologorum loquētiū de pprietatib⁹ pprietates nō solū important relatiões sed etiā origines. Ideo pprietates nō solū sunt rō māifestādi distinctionē sed etiā distinguēdi.

Ad argumentum

primū cū sic arguit. Omne respectiuū reducit ad absolutum. Sed qd̄ reducit ad aliqd sm̄ rōnē intelligendi sequitur illud. Cum igit pprietates sint respectiue hypostases vo absolute. pprietates rūeduct ad hypostases: igit hypostases sunt priores. ¶ Rñdet p distinctionē. Quia pprietas inquātū origo reducit ad absolutum sicut ad pncipium. Inquātū vero pprietates sunt relatiões tūc nō sunt rō distinguēdi psonas etc. vt ē dicto scdo ī scdā opinione. ¶ Dat aliā solutionem cui innitit Ockam Quia maior vera est de respectiuo dependente. In deo autem nulla est dependentia. ¶ Notandū q̄ neq̄ doctor Subtil neq̄ Ockam approbāt illā distinctionē q̄ pprietates inq̄tum origines distinguūt: sic q̄ sint rō distinguēdi et cōstituēdi psonas. inq̄tū vero relatiões nō: q: hz sanctū Bonauētura sequūtur illud qd̄ refert qd̄ est p sona. Quare nō approbēt vide in ipsis. ¶ Notandū q̄ absolutū dr dupliciter. Uno q: est ens ad se: vel cuius rō formalis est esse ad se. Hoc mō pater nitas non est absolutū. Alio mō dicitur absolutum quia indepēdens. Hoc mō pt̄nitas et filiatio in diuinis sunt absolute pprietates. ¶ Propositio sancti bona. Si per intellectum nostrū paternitas abstraheret a patre nō est possibile in re nec in intellectu ipsum esse distinctum a filio et spiritu sancto. Quid ergo remaneret? Respondeo sola essentia cum attributis. Simile est si ab homine abstraheretur rationale: non distingueretur ab asino.

Queritur quarto

de proprietatib⁹ q̄tū ad numerū etc. queritur ergo quot sint notiones in diuinis seu pprietates. Pro intellectu questionis notandū q̄ Proprietas: notio: et relatio sunt idem in diuinis.

Resolutio

questionis Notandum q̄ doctor seraphic⁹ resoluēdo hāc qōnē duas ponit opiniōes. Primo alienā. Scdo suā ppriā. Dehinc in calce resolutionis adhuc alias tres recitat opiniones. ¶ Prima opinio cōsistit in nouē ppōnibus. ¶ Prima ppō. Ista tria noia notio: pprietas: relatio: differunt in diuinis penes diuersas rationes formales. Nam proprietas dr̄ qd vni soli psone cōuenit: dato et q̄ nō esset relatio. Illud autem vocat relatio in diuinis inq̄tum est habitudo ad alterū. Notio vero dr̄ inq̄tum est principiū innotescēdi vl cognoscēdi psonas ḡ etc. ¶ Scda ppō. Ois pprietas in diuinis est notio. pbat: q: idē est principiū distinguēdi et cognoscendi. Sz ois pprietas est rō distinguēdi. ḡ et cognoscēdi. ḡ ois pprietas est notio. ¶ Tertia propō. Ois relatio in diuinis est notio. pz p idē. ¶ Quarta ppō. Aliqua ē notio in diuinis q̄ nō est proprietas pz q: spiratio actiua in diuinis est notio et tn̄ nō est proprietas. ḡ etc. Probat añs. Quia spiratio actiua est rō cognoscēdi pr̄em et filiū inq̄tū sunt vnus spirator. Nihil autem cōmunicabile est proprietas stricte. s. capiēdo et vni soli cōpetit. ¶ Quīta propō. Aliq̄ est notio ī diuinis q̄ nō ē relo. Pria pe pz: q: inascibilitas ducit nos in cognitionē pr̄is cū ei soli cōpetat Scda pe pz: q: pūat relationē seu productionē. Sz qd̄ pūat relationē nō est relatio sicut puatio visus nō est visus. Innascibilitas pūat relationē: et valet idē qd̄ suppositū nō productū. ¶ 6ª propō. Hoc nomē notio est in plus in diuinis q̄ relatio: et etiā q̄ proprietas. Corrm. Notio est cōe ad vtrūq̄. ¶ 7ª propō. Est aliq̄ proprietas q̄ non est relatio. pz q: innascibilitas ē proprietas pr̄is et tn̄ nō ē relatio. pz ex dictis circa q̄ntā ppōnē. ¶ Octaua propō. Aliq̄ relatio ī diuinis nō est proprietas. pz de spiratiōe actiua. ¶ Nona propō. Proprietas et relatio se hñt ad inuicē sicut excedēs et excessum et eq̄liter. ¶ Corrm pmū. In diuinis solū q̄ttuor sunt proprietates scz pt̄nitas: filiatio: spiratio passiua et innascibilitas. ¶ Correlariū scdm. In diuinis sunt tm̄ q̄tuor relationes. s. pt̄nitas: filiatio: spiratio passiua. et spiratio actiua. ¶ Corr⁹ tertiū. In diuinis sunt q̄nq̄ notiones. pma est pt̄nitas: scda inascibilitas: tertia filiatio. q̄rta spiratio actiua

ua qnta spiratio passiua. Istaz opionē doc. sera. nō reprobat. ondit tñ q nō ē neciū pcise sic distinguē.

ctionem queritur. Utrum aliqui angeli mittantur. Sciendum ꝙ missio est duplex actiua ⁊ passiua. Actiua dicitur respectum mittentis ad missum. Passiua dicitur respectum missi ad mittentem. prima est subiectiue in mittente. secunda in misso. De secunda est quo. ¶ Missio passiua in creaturis pōt comparari ad tria scilicet ad principium. terminum ⁊ missum. Quando missio comparatur ad suum principium scilicet mittentem potest cōparari ad ipsum sub triplici habitudine. Uno modo vt tanquam a dante esse vt radius solis mittitur a sole. Secundo modo ad ipsum mittentem tanquam ad dantem virtutem sicut iaculum mittitur a proiectore. Tertio modo ad ipsum mittentem tanquam ad dantem iurisditionem misso ⁊ potestatem sicut mittitur nuncius a preceptore. Tribus modis mittuntur a deo ad nos angeli beati: quia habent ⁊ esse ⁊ virtutem ⁊ potestatem siue iurisditionem quia mittuntur a deo sicut iaculum mittitur a proiectore ↄtra demones. Missio autem passiua pōt comparari ad finem tanquam ad locum. vt lapis mittitur ad quiescendum in eo. vel tanquam aliquid possidendum sicut donum mittitur amico. ad possidendum. Uel tertio tanquam ad operandum sicut baliuus mittitur a rege ad faciendum iudicium his tribus modis mittuntur ad nos beati angeli quia frequenter nobiscum morantur ⁊ dant documentum siue instructionem ad operandum: ⁊ etiam vt ipsos possideamus sicut amicus possidet amicum. Missio etiam passiua comparata ad missum dicit triplices habitudines imperfectiones. ¶ Primo comparatur missio ad missum sub ratione separationis. Secundo sub ratione mutationis. Si enim mittitur romam non est hic. ¶ Tertio sub ratione subiectionis quia qui mittitur subiacet auctoritati mittentis. ¶ Resolutio tribus modis angeli beati mittuntur ad nos. Separantur non a deo qui vbique est: sed solum a celo empyreo. Mittuntur etiam ⁊ deo subijciuntur. Mutantur etiam de loco ad locum alium.

Queritur secundo. Utrum omnium angelorum sit mitti

¶ Notandum ꝙ duplex est missio angelorum. Quedam est interior. Quedam exterior: ⁊ est qua angeli mittuntur ad nos reuelandum nobis mysteria vel voluntatem dei. Interior est qua aliqui angeli mittuntur ad alios angelos ipsos interius illuminando de agendis vel explendis circa homines ⁊ hoc propter homines: ⁊ hoc modo conueniunt ꝙ angeli supreme hierarchie mittuntur ad angelos hierarchie medie medij autem illuminant inferiores ⁊ hec missio est propter nos ⁊ etiam exterior. Unde apostolus ad hebreos primo. Omnes sunt administratorij spiritus. ¶ Resolutio stat in tribus sequentibus propositionibus. ¶ Prima propositio. Nota ꝙ omnes angeli mittuntur ad nos missione exteriori. ¶ Secunda propositio. Angeli vero de suprema hierarchia cōiter ⁊ regulariter mittuntur ad medios ⁊ medij ad inferiores missione interiori. Deus enim ita ordinauit regulariter ꝙ prius reuelauit secreta sua supremis angelis: ⁊ supremi medijs: ⁊ ipsi infimis. Ita ꝙ prius illuminatur anima christi que ab instanti creationis sue fuit perfecte illuminata a beatissima trinitate: ⁊ post reuelat sue matri ⁊ mater christi ipsis seraphin ⁊ ipsi seraphin cherubin etc. ⁊ sic consequenter. ¶ Tertia propositio. Omnes angeli cuiuscunque hierarchie mittuntur vel missione interiori propter nos. vel exteriori ad nos. qualiter mittuntur cōiter angeli vltime hierarchie: ⁊ sic saluantur auctoritates apostoli ⁊ Dionysij ⁊ concordant. Dionysius dicit de missione exteriori. Apostolus autem de interiori. Et sic interiori vel exteriori mittuntur missione. ⁊ sic vtrunque dicit verum. Potest etiam dici ꝙ quinque ordines mittuntur regulariter exterius scilicet potestates ad repellendum aduersarios. Uirtutes ad operandum que dominationes dictant facienda pro bono regimine vniuersi. ⁊ principatus ad custodiam regum ⁊ principum. Archangeli autem ad custodiam prouinciarum siue cōmunitatum. Et demum angeli ad custodiam singularis persone. Alij autem superiores mittuntur ad intra sic ꝙ dominationes sunt vltimi qui mittuntur interius. Potest etiam dici ꝙ gabriel fuit de supremis ordinibus. Omnes autem angeli sunt nobis in adiutorium ⁊ nos omnes adiuuant vel mediate vel immediate siue in ministrandis reuelationibus siue in perferendis nostris orationibus. Dum enim agmina suprema que sunt nobis necessaria agminibus inferioribus reuelant ⁊ dum simul cum illis pro nobis ad deum interpellant ⁊ petitiones nostras deo offerunt.

Queritur tertio. Utrum mittantur ad inflammandum

effectum nostrum. Responsio. Dicendum ꝙ affectum nostrum inflammari ab aliquo pōt intelligi dupliciter. Uno modo tanquam a principali agente ⁊ efficiente ⁊ isto modo voluntas nostra a nullo pōt inflammari nisi ab ipso deo qui nos principaliter inflammat igne sue amoris. ¶ Secundo modo tanquam ab excitante vel adiuuante. ⁊ hoc modo affectus noster inflammatur a beatis angelis. Et sic respondetur ad questionem ꝙ beati angeli mittuntur a deo ad inflammandum affectum nostrum instrumentaliter ⁊ applicatiue quia applicant voluntati nostre beneficia dei ⁊ bonas inspirationes dando ⁊ bona documenta. Qui autem inflammat principaliter est ipsemet deus. secundum illud. Deus noster ignis ↄsumans est.

Queritur quarto. Utrū angelus mittatur ad illuminādū nostrum intellectū. Quid est illuminatio angelica. Est quedā edoctio intellectualis ministerialiter ab angelo illuminante ꝓcedens: respectu veri revelati antea nesciti ab illo qui dicitur illuminari. ¶ Resolutio stat ī sequētibꝰ ꝓpositiōibꝰ. ¶ Prima ꝓpō. Illumiatio angeli illuminati nō ptinet ad augmētū iustitie sue voluntatis sed noticie intellectualis: prima pars pz q: angelus illuminatꝰ post illuminationē non est iustior ꝙ̄ ante nec purgatur ab aliqua iniustitia. Scđa pars pz: q: quādocunq̧ aliquis illuminatur de aliquo cognoscit quod prius nō cognoscebat. ¶ Scđa ꝓpositio. Nullus angelus potest illuminare principaliter aliū angelum nec hominem saltē quantū ad portionē superiorē: licet bene ministerialiter. Patet per Augustinū dicentē ꝙ solus deus est lux mentiū rationalium ⁊ hoc intelligitur principaliter. Et Johannis primo. Erat lux vera que illuminat omnez hoīem venientē in hunc mūdū. Ubi dicit Augustinus ꝙ sola lux eterna ⁊ increata illuminat mentē nostraz principaliter. ¶ Tertia ꝓpositio est. Licet locutio possit esse indifferenter de vero ⁊ falso: tā ī hoībꝰ ꝙ̄ demonibus. Illuminatio tñ est semꝑ de vero q: nullus est illuminatus cognoscēdo ad falsum. ¶ Quarta ꝓpositio. Nulla cognitio que habetur de aliquo obiecto in genere ꝓprio ⁊ virtute intellectus nostri. i. nulla facta revelatione dz dici illuminatio. Ita ꝙ ponitur revelatio ad oīam cognitionis naturalis. ¶ Quinta ꝓpositio ē. Licet aliqua locutio possit esse de cognitis ⁊ manifestis illi cui fit locutio. illuminatio tñ nō nisi de prius nescitis. Et ex his pz diffinitio. Resolutio stat in ꝓpositiōibus. ¶ Prima ꝓpō. Solus deus pōt illuminare animā nostrā vel intelligentiam nostram ꝙ̄tū ad portionē superiorē sit in pluribus locis ostendit Augꝰ: in libro. lxxxiij. q. Mentē dicimus que ita ad imaginē dei facta est ⁊ in media ⁊ a prima veritate formetur: ⁊ in pluribꝰ dꝫ ꝙ inter mētē ⁊ deū nihil cadit mediū. ergo cū intelligētia attenditur ſꝫ aīe supremū vꝫ ꝙ nō possit illuminari ab angelo. Et glose super illud ps. Manus tue dñe fecerunt me. Per semetipsum irradiet pias mentes. Nota ꝙ actꝰ hierarchici qui competunt vel pñt cōpetere cuilibet ordini ꝫ qualibet hierarchia sunt in triplici dīa. ¶ Prio pōt dici ꝙ sunt visio fruitio ⁊ tentio penes intelligentiā voluntatē ⁊ memoriaz. Intelligentia videt voluntas fruitur memoria tenet. Et tales actus sunt cōmunes oībus beatis. ¶ Secundo mō pñt assignari qui sunt scꝫ loqui audiri ⁊ mitti. Alij sunt purgare illumiare ⁊ ꝑficere. Uñ duplex est purgatio: quedā ē a peccato ⁊ hec non ē in angelis. Alia est a quadā nescientia ⁊ hec est bñ in angelis. Purgantur eñ a tali nescientia qñ docētur de prius nescitis. Illuminantur autē p clarā cognitionē illiꝰ prius nesciti ⁊ ꝑficiuntur: q: talis illuminatio est ꝑfectio nature intellectualis create. Sicut patet de sole qui quando illuminat aerez primo ipsum purgat a tenebris initio. Secundo informat ipsum lumīe in ꝓgressu. Et tertio ꝑficit ipꝫ q: lumē ē ꝑfectio quedā aeris: ⁊ hec tria sūt simul duratione sed ordinantur nāliter. Uel aliter est dicēdum ꝙ ista tria denotant aliqua ad que ordinatur doctrina āgelica: q: prio removet īpedimēta. scđo docet verū. tertio inflāmat ad amorē boni.

Queritur quinto. Utruz locutio angeli idē sit qđ eius cognitio. Notādū ꝙ locutio angelica. Est spontanea ⁊ volūtaria expressio intellectorū cōplexe signatorum p signa nota esse determinata signa illi cui fit locutio. Angeli ꝓpositi signant minoribus quod de dei voluntate ꝑsentiūt qđ fit aliquibus nutibꝰ aut signis: ¶ Notandū ꝙ locutio exterior pōt fieri triplr. Uno mō qñ nulla est mutatio in loquēte sed solū in illo cui fit locutio. Hoc mō deus loquitur nobis ⁊ spiritibꝰ angelicis causando in nobis vel in ipsis aliquā illuminationez vel inspirationem. ¶ Scđo mō fit locutio p mutationē ⁊ loquētis ⁊ eius cui fit locutio. differunt tñ q: in eo cui fit locutio est de novo aliqua intellectio. In loquente autem est tñ ſm respectū actionis. ¶ Tertio mō fit locutio qñ ē expressio vocalis per signa sensibilia quorū medio exprimimꝰ cōceptus nostros: ⁊ hoc addit ultra ꝑdictos duos modos. ¶ Pria ꝓpō. Locutio interior sive in deo sive in angelo sive in homine nihil addit ultra cogitationē vl cognitionem ⁊ eius formationem. ¶ Scđa ꝓpō. Locutio exterior preter ipsam cogitationē actualem aliqd addit. Differunt tñ in deo angelis ⁊ hominibus. ¶ Tertia ꝓpō. Locutio exterior sicut ad alterum in deo addit super intellectionē revelationē ei cui loquitur. ¶ Quarta ꝓpō. Locutio exterior ī hoīe preter ipsam cogitationē ⁊ formationem eius addit ⁊ actum ⁊ signum sensibile. Patet ad sensum. ¶ Quinta ꝓpō. Locutio exterior in substātijs mere spūalibus siue ī āgelis addit preter cogitationē ⁊ formationē interiorē in loquente quendam actū sive respectum lꝫ nullū sensibile signū addat. pꝫ q: cogitatio angeli de se est secreta. ⁊ ideo si angelus vult ꝙ alij sciant cogitationes suas: oportet tñ ꝙ pandat aliquo nutu vel signo non sensibili sed spūali noto illi cui fit locutio. ¶ Correlarium. Locutio angeli differt realiter a cogitatiōe sua actuali sꝫ non requirit mediū deferens speciem. Ex quo patet ꝙ triplex est locutio scꝫ dei angeli ⁊ homis. ¶ Prima propositio. Locutio dei exterior qua loquitur creature nullam mutationem ponit in eo: tamen ponit aliquem effectum in eo cui loquitur. ¶ Secunda propositio. Locutio humana ponit mutationem tam in loquente ꝙ̄ in medio: ꝙ̄ etiam in eo cui loquitur. ¶ Tertia ꝓpō. In locutiōe angelica est mutatio tā in loquēte ꝙ̄ in eo cui loquitur: licet nulla fit mutatio in medio deferente.

¶ Corr. m̄ nisum. Locutio in angelis differt reali ter a cogitatione sua actuali: sz nō tm̄ differāt sicut in hoībus. ¶ Prima ppō. Sicut hoīes p quedaz signa sensibilia exprimunt ɔceptus suos. Ita ange li exprimūt ɔceptus suos p quedā signa intellectua lia ad plenū significātia. ¶ Scōa ppō. Uti angeli loquunt sibi inuicē p quedā signa intellectualia ad plenū signtia multiplicibus qūibus linguaꝝ. pȝ. hoīes pn̄t. multo magis āgeli. ¶ Tertia ppō. Si cut in pductione ade ⁊ eue fuerunt eis data a deo aliqua signa ad plenū signtia. Ita angelis fuerunt data aliqua signa intellectualia ad plenū signtia. ¶ Quarta ppō. Probabile est ⁊ verisimile q̄ oēs angeli siue boni siue mali cognoscant oīa gn̄ra lin guaꝝ quorūcūq̄ hoīuz. ¶ Quīta ppō. Probabi le ⁊ verisimile est qd̄ diuersitas ideomatuz hoīum fuit deriuata a diuersitate linguaꝝ angeloꝝ. pȝ qꝛ angeli sciūt oīa ideomata hoīm: sz nō didicerūt ab hoībus. ¶ Sexta ppō. Non oīa signa p que loqu unt boni angeli inter se cognoscunt a demonibus lȝ ecōtra boni angeli cognoscāt oīa que loquūt de mones. pȝ qꝛ boni angeli excedūt malos i notitia.

Sexto querit. Utrꝫ eadē locutio possit eē a deo ⁊ āgelo. ¶ Sci endū q̄ triplex est locutio. s. angelica humana ⁊ di uina. Et ita est duplex. quedā fit imediate a deo p semetipm̄ sine angelo medio ⁊ hec fit p reuelatio/ nē: nec est ad ppositū. Alia qua loquit nobis deus per misteriū āgeloꝝ de qua dꝛ in Apocal. Loquēs per āgelū seruo suo Ioāni. Et de ista ē qd̄. Deus eni sepissime indicat volūtatē suā nobis per angelos suos. vel verbis tm̄ vel rebus tm̄: aliqñ verb s ⁊ re bus simul aliqñ imaginibus oculis cordis ostēsis Exemplum quando loquitur deus nobis p ange/ los verbis tantum. Joannis. xij. Clarificaui ⁊ ite// rum clarificabo. Exemplū qñ loquit signis tm̄ vt ezechiel vidēs visiones dei. Exēplū qñ loquit ver/ bis ⁊ signis simul. Adā audiuit vocē dei deābulā tis ad aurā post meridiē. deābulatio post meridiē signabat elōgationē a deo refrigerationē ardoris charitatis. Aliqñ idicat volūtatē suā imaginibus cordis nr̄i vt Iacob vidit scalā. Aliqñ imaginibus añ oculos cordis ex aere assumptis vt abraā vidit tres viros ⁊ vnū adorauit. Aliqñ loquit p substāti as celestes vt p nubē. vt Matt. xvij. Uox venit de nube hic est filius meus dilectus. Aliqñ loquit p sbaz terrestrē: vt asinus Balaā. Aliqñ loqt p sbas terrestres ⁊ celestes vt apparuit moysi in rubo ar dēte. Aliqñ loquit p āgelos qui angelus apparet in ppria psona oculis cordis: vt apparuit āgelus in somnis Ioseph. Et āgelus ingressus est in zacha riā pphetā ⁊ loquebat i eo. ¶ Resolutio. q. stat in ppōnibus. ¶ Prima ppō. Sicut dꝛ deuz triplici ter videre. s. visiōe corpali imaginaria itellectuali. Sicut dꝛ tripliciter audire. Corporalis visio est qñ corpalibus oculis videmus deū: vt abraam vidit deum in sba creature. Uisio imaginaria est qñ vel dormiēs vel vigilās aliquas spēs imaginarias cer nit quibus aliquid signat vt pharao vidit septem spicas ⁊ hoc in somno. Petrus vigilās in extasi vi dit in lintheo quadrupedia ⁊c̄. Uisio itellectualis est qñ spūsctō reuelāte intellectui mētis veritatem mysterioꝝ capimus sicut ēt ioānes in Apochalipsi frequēter vidit deuz. Similiter triplex est auditio qua audit deus. ¶ Auditio corpalis est que fit p aliqd̄ signū sensibile exterioribus auribus oblatū. Frequēter hac auditione deus fuit auditus pȝ in lege moysi ēt in euāgelio. Hic est filius meus dile/ ctus ⁊c̄. Auditio imaginaria est q̄ fit p aliqd̄ signū in interiori sensu formatū hoc mō auditus est de/ us a pphetis. auditio intellectualis est que fit per aliqd̄ īspirationis verbū nr̄is mētibus imediate a deo inspiratū. ¶ Scōa ppō pncipalis. Sicut de us tripliciter audit a nobis ita tripliciter dꝛ loqui nobis ſm q̄ triplicē in nobis excitat auditū. pȝ qꝛ cuilibet auditioni correspōdet sua locutio. ¶ Ter/ tia ppō. Locutio illa qua deus loquit nobis signo exteriori ⁊ locutione corpali siue īteriori. s. locutio ne imaginaria semp vel frequēter fit ministerio an gelico. ¶ Quarta ppō. Locutio intellectualis qua scilicet deus inspirat aliquid in mētibus nr̄is licet qd̄ āmō ministerialiter possit fieri ab angelo pn̄n cipaliter tñ fit a deo. Pōt fieri ab angelo ab inferio ri. Quīta ppō. Prima locutio. s. corporalis ⁊ scōa scȝ imaginaria sunt simul ⁊ dei ⁊ āgeli: sz dei vt im perātis ⁊ principaliter agētis ⁊ āgeli vt exequētis ¶ Sexta ppō. Qñ deus loquit p āgelū tūc sermo illius exequētis pōt capi dupliciter. Uno mō vt re fertur ad psonā dei: i cuius psona loquit. Alio mō vt refert ad psonā āgeli vt. s. ipse āgelus sit nūcius Exēplū pmī. Ego sum deus abraam isaac ⁊ iacob. Exēplū scōi. Ego sum gabriel Luce. j. ¶ Septima ppō. Locutio intellectualis est ppria ipsi soli deo quapp non potest cōpetere ipsi angelo: ⁊ ideo nō potest esse eadē locutio intellectualis dei ⁊ angeli.

Circa vndecimaz di// stinctionē querit pꝛimo. ¶ Utrꝫ āgeli deputari debuerūt ad custodiā hoīs la psi. ¶ Sciēdū q̄ triplex est custos ho/ minis quidā vniuersalis ⁊ est ipse deus q spāliter curā hȝ de nobis. vñ Job. vij. quid faciaz tibi o cu/ stos hoīm. Custos particularis est vnus āgelus de putatus a deo ad custodiēdū vnū pncipē īndgrum pncipaliter toti pplo principat vel vnu regum vel vnam patriā. Alius est custos hoīm ⁊ singularis ⁊ est angelus deputatus ad custodiaz singularis p/ sone: qꝛ cuilibet creature rationali deputat ange/ lis a primordio natiuitatis: vel secundum alios a principio conceptionis. vnde Hieronymus. Ma gna dignitas animarum est: quoniaz quelibet ab origine natiuitatis habeat vnum angelum custo/ dez. Questio est de custodia particulari siue singu/ lari. ¶ Dicendum q̄ post peccatū vel lapsum pro/ thoplastorum

thoplasiorum. Hō restitutus est beatus. Conueniens fuit hominē lapsum angelice custodie ꝗ angelum deputari ad custodiendū hoīem: tū qꝛ decet altitudinē diuine potētie: tū qꝛ decet ordinem diuine sapiētie: tū qꝛ etiā decet dulcedinē diuine misericordie. Magr̄ tenuit absolute ꝙ ab instāti conceptionis scꝫ qn̄ anima infundit̄ corpori organico qꝛ est verus hō ꝗ magis indiget custodie in vtero matris ꝙ̄tum ad aliquid ꝙ̄ extra.

Secūdo queritur. Utrū cōpetens fuerit angelū deputari ad conditi custodiā.

Competens .i. cōueniens. ℭ Notandum ꝙ triplex est status hoīs. scꝫ institutus lapsus ꝗ reformatus. Institutus ē in quo fuit forte per sex horas. Et de isto statu est questio. ℭ Rn̄sio ꝙ ꝗ si angelus deputatus ad custodiaꝫ hoīs in multis prosit et vt subueniat: tn̄ specialr̄ ad hoc deputat̄ vt ab inuisibili aduersario defendat: ꝗ qꝛ sunt inuisibiles coadiutores ad sui ipsi᷒ defensionē. Non solum ſm statū nature lapse fuerunt necessarij sed ſm statū nature institute quanto magis nunc ꝙ̄ tunc.

Tertio queritur. Utrū āgelus post obstinationeꝫ subtrahat custodie beneficiū.

ℭ Rn̄sio. Qꝛ effect᷒ angelice custodie est respectu boni conseruandi vel acquirendi vel respectu mali ꝯferēdi vel euitādi ꝗ minuēdi. Bonus igit̄ angelus obstinatos non deserit ꝙ̄tum ad actū custodie qui respicit malū qꝛ semꝑ retrahit hoīem ne labat̄ in peius. ℭ Nota ꝙ mediocriter mali sunt illi qui fragilitate peccant ꝗ volūt penitere. Nota ꝙ excōicatio dꝫ fieri ad correptioneꝫ delinquentis. Si prelat᷒ videret aliquem obstinatum non debet ipsum excommunicare. Nota ꝙ antichristus habebit angelum ad custodiendum ipsum a malo sed non quantuꝫ ad bonum promouendum.

Quarto querit̄. Utꝝ ex beatitudine custoditi angelo custodienti amplificet̄ gaudiū.

ℭ Rn̄sio stat in distinctionibus. ℭ Prima distinctio. Gaudium crescere pōt intelligi dupliciter. Uno mō extensiue ꝗ intensiue: qꝛ de primo mō loquit̄. Extensiue gaudiū angeloꝝ crescit de plurib᷒ ei gaudet nūc ꝙ̄ prius. ℭ Pono primā ꝓpositionē. Angelus plus gaudet extensiue ꝙ̄ prius cum aliquis saluat̄. patꝫ qꝛ de pluribus gaudet nūc ꝙ̄ prius. Alio mō crescit gaudium in angelo intensiue qn̄ affectus eius copiosus ꝗ magis de aliquo gaudet. ℭ Secūda distinctio. Gaudiū augmentari in angelis potest intelligi dupliciter. Uno modo de gaudio substātiali vel accidentali. Et vera opinio stat in duabus ꝓpositionibus. ℭ Prima propō. In angelis nullo modo accrescit gaudium substātiale qḋ scꝫ ē premium habitū de bono increato ꝗ est gaudiū eēntiale qḋ habent de deo ꝗ ī deo clar̄ videndo ꝗ suꝑ oīa amato ꝗ dilecto. qꝛ in his duob᷒ consistit beatitudo. ℭ Scḋa propositio: Gaudiū accidentale qḋ est de bono creato continue intendit̄ ꝗ crescit in angelo: quia vbi est maior materia gaudij ibi gaudium. sed in angelis est maior materia gaudij in continua saluatione hominū ꝗ restauratione superne ciuitatis. Et dicit̄ premium accidentale qꝛ nō est de obiecto beatifico a quo est premiū eēntiale. patet resolutio. ℭ Nota ꝙ duplex est beatitudo. Quedā ē status perfectus per plenitudinē omnis boni: de ista Boetius dicit ꝙ beatitudo ē status omnium bonorū aggregatiōe ꝑfect᷒. Quedam que est status aliqualiter ꝑfectus scꝫ ꝑ carentiam omnis mali. In ꝺscriptione Boetij tria notant̄. Primo ponit̄ status loco generis. Status est stabilis ꝑmanentia legibus diuine sapiētie firmata ſm doc. sub. Et ſm hanc descriptionē applicantur ꝗ exponuntur tres status scꝫ. Status nature institute destitute ꝗ restitute. Scḋa ꝑticula ē omniū bonorū aggregatione que principaliter sunt tria. scꝫ visio clara fruitio perfecta ꝗ tentio firma. ad q̄ omnia alia reducunt̄. Tertia particula ē perfect᷒ ꝗ qꝛ nihil deest. qꝛ ille ē beatus q hꝫ qcqd vult ꝗ nihil mali vult. vt dicit Augu᷒. Alia est beatitudo scꝫ per carētiā omnis mali. Et ē status carens omni malo tam culpe ꝙ̄ pene. Et in isto fuerunt creati angeli qꝛ fuerunt creati innocentes. Nota ꝙ duplex ē volūtas scꝫ absoluta ꝗ conditionata siue antecedens. Unde angelus vult saluari quos ꝓscit si ipse sciat voluntate conditionata non absoluta.

Circa distinctionem duodecimā querit̄ primo.

ℭ Utrum materia corporalium creata sit in omnimoda possibilitate. Resolutio questionis stat in vna distinctione. ℭ Distinctio ē ꝙ possumus loqui dupliciter de materia. Uno mō ſm ꝙ existit in rerū natura. Scḋo mō vt cōsideratur ab aīa. ℭ Prima propositio. Materia ſm eē qḋ hꝫ in anima pōt considerari absqꝫ omī forma ꝗ sic pōt considerari in omnimoda possibilitate passiua supple subiectiua. patet qꝛ intellectus pōt considerare essentiam materie vt est nudata omī forma ꝗ vt potens recipere formā. ℭ Scḋa propositio. Materia ſm ꝙ existit in rerum natura non est de facto sine loco ꝗ sine tempore ꝗ sine motu vl̄ qete: nec ē etiam separabilis per agēs naturale ab omī forma. ℭ Tertia propositio. Implicat cōtradictionem materiam esse in rerum natura ꝗ ipsam eē separari ab omni forma etiam ꝑ diuinam potentiā. ℭ Scotus hanc propositionem improbat. Arguitur sic. Qn̄cūqꝫ sunt aliqua duo entia absoluta realiter ꝗ essentialiter distincta ꝗ vnum ē prius alio deus pōt facere prius sine posteriori. Iste ē articulus ꝑisien. sꝫ materia ē huiōi. ergo ꝛc. minor patꝫ qꝛ est receptiua forme substantialis. ergo non est respectus ꝗ distinguitur realiter a forma ꝗ ē prior forma. ergo ꝛc.

Secundo queritur Utrū mā illa producta sit pfecta actualitate. Dico ꝙ aliquid pōt eē in actu dupliciter. Uno mō qꝛ pn̄tialiter existit ⁊ esse actu existens in rerꝫ natura. Alio mō aliquid est in actu qꝛ est in actu cōpleto ⁊ perfecto. Exemplum corpꝰ humanū dupliciter est in actu primo qꝛ pn̄tialiter existit ⁊ sic corpus mortuū ita bn̄ est in actu pn̄tialitatis sicut corpꝰ viuū: sed non est in actu cōpleto ⁊ perfecto ⁊ specifico nisi per aīam rationalem seu formā vltimaꝫ. ¶ Propositio. Om̄e ꝙ est in actu cōpleto actualiter existit sed non econtra. ¶ Scḋa distinctio. Duplex est actus scꝫ entitatiuus ⁊ transcēdens. ⁊ est ille quo aliquid hꝫ esse extra causaꝫ suam ⁊ actu principaliter existit. vnde iste actꝰ nō est nisi propria entitas rei: ⁊ sic dicit Scotus. Et si deus separaret mām ab omni forma adhuc tam̄ esset in actu entitatiuo. hic actus dicitur trāscendens qꝛ conuenit omni rei. Et sic non ois actus ē a forma. Alius est actus formalis ⁊ est ille quo res est in actu cōpleto ⁊ perfecto ⁊ specifico. De hoc actu est questio presens. Nam non est dubium qn fuerit creata in actu imperfecto qꝛ fuit terminus creationis. In hoc dubio est duplex opinio. Pria est Augꝰ. qui ponit ꝙ omnia fuerūt creata imperfecte actualitate. ⁊ allegat Ecclesiasticum dicentē. Qui viuit in eternum creauit oia simul. Alij (scꝫ omnes doctores) dicunt cōtrarium adherētes textui Geñ. ⁊ captiuantes intellectū suū iugo fidei ⁊ sacre scripture ꝙ deus fecit omnia per ordinē vt continet in textu biblie. Creauit tamē deus quattuor in principio scꝫ celum empireum naturam angelicam tempus ⁊ mām informē. Licet omnia entia fuerunt creata simul: non tamen omnia entia fuerunt si mul facta.

Tertio querit Utrū mā illa corporalium creata sit sub aliqua formarū diuersitate. Querit. Utrum de rigore sermonis sit concedendū ꝙ naliter ⁊ ꝫm pħm mā posit esse sine forma. Pro declaratione pono propositiones. ¶ Prima ꝓpositio ꝫm pħm. Notandum ꝙ ab omni forma realiter est separabilis mā: qꝛ ab ista ⁊ ab illa ⁊ sic de alijs ⁊ non est dabilis aliqua forma a qua nō sit separabilis. ergo ⁊c̄. Ex quo sequitur ꝙ ista est concedenda. ¶ Scḋa ꝓpositio. Mā pōt eē sine forā: ⁊ ibi forā distinguitur ⁊ confunditur rōne negationis incluse in hoc sincathegorematico sine. ⁊ pꝫ ꝓpō qꝛ pōt esse sine hac forma ⁊ sine illa ⁊ sic de alijs. ergo ⁊c̄. Et dat exemplū per istam tertiā propositioneꝫ. ¶ Tertia ꝓpō. Corpus pōt esse sine loco non loquendo de primo corpore. ¶ Quarta ꝓpō. Materia aūt nūquam est separata simul ⁊ actu a forma sic scꝫ qn habeat aliquā formā sicut de corpore in loco: impossibile est enim mām esse quin habeat aliquam formā: imo qn̄cūqꝫ est sub aliqua forma pticulari. hꝫ duas formas: vnam sibi concreatam: ⁊ aliaꝫ p generationē nālem ⁊c̄. Potest tn̄ deus facere mā sine forma. ¶ Quinta ꝓpositio. Materia pōt existere actu per diuinā potentiam sine quacunqꝫ forma. patet qꝛ est ens absolutū reale ⁊ nō necessario dependens inesse ab aliquo creato. ¶ Rn̄. Dicendū est ꝙ ista opinio est tenenda ꝓ qua ponuntur propositiones. ¶ Prima ꝓpō. Materia illa pfecta est sub aliqua forma incōpleta tamen que non dabat sibi esse pfectū: ideo dicebat informis. Hec aūt forma pōt dici forma corporeitatis primo. In mā ergo concreata est quedam forma substantialis que non pōt generari nec corrumpi per agens naturale: sed solum est a deo annihilabilis. Hec aūt forma disponebat ad formas vlteriores. ¶ Secūda propositio. Quia mā ista hꝫ appetitū ad multas formas ideo hꝫ quandam diuersitatem in se ⁊ in suis partibus. qꝛ quot sunt forme receptibiles in materia. tot hꝫ appetitus diuersos. In mā ꝫm Scotum: tot fuerunt producte forme respectiue: quot poterāt recipi forme in ea. Sic ergo mā fuit producta cum vna forma absoluta: fuit tamen creata sub diuersis formis respectiuis que sūt appetitus actuales ad diuersas formas. Et ponitur exemplū de embrione. Tenendū ē firmiter ꝙ mā nō fuit ꝓducta sub diuersitate foꝛaꝝ substātialiū.

Quarto querit Utrū celestiuꝫ ⁊ terrestrium vna sit mā q̄ztū ad esse. ¶ Notādū ꝙ corpora celestia sunt q̄ sunt ingn̄abilia ⁊ incorruptibilia ꝓ nāꝫ ⁊ itrāsmutabilia adinuicē. Corpa aūt terrestria sunt q̄ sunt generabilia ⁊ corruptibilia ⁊ ꝓ nām trāsmutabilia adinuicē: vt sunt q̄ttuor elemēta ⁊ oia corpa mixta siue pfecta siue impfecta. ¶ Resolutio qōnis stat in ꝓpositionibus. ¶ Pria ꝓpō. Mā corporū celestiū ⁊ terrestriū hꝫ vnū ⁊ idē eē loquēdo de esse qḋ habuit añ ꝓductionē illorū corporū. pꝫ qꝛ de eadē mā oia sunt facta. ¶ Scḋa ꝓpō. Mā nō hꝫ vnū ⁊ idē eē in corporibus celestibꝰ ⁊ terrestribꝰ post ꝓductionē illoꝝ corpoꝝ. pꝫ qꝛ in celestibꝰ nō ē generabilis nec corruptibilis nec trāsmutabilis: in terrestribꝰ ꝯo ecōtra. Loquēdo suppleꝙ sit generabilis ⁊ corruptibilis subiectiue: qꝛ nō pōt generari terminatiue vel obiectiue. ¶ Alia solutio stat in distīctōibꝰ. ¶ Pria distinctio ē q̄druplex vnitas mā hꝫ eēntiā. s. eē icōpletū ⁊ ꝯpletū remotū. ¶ 2ᵃ distīctiō q̄druplex ē mā q̄dā q̄ solū sub est forme substantiali. Alia q̄ subest forme substātiali ⁊ q̄ntitati. Alia q̄ subest forme substātiali q̄ntitati ⁊ q̄litatibꝰ ꝯrijs. Alia q̄ subest pter ꝑdictā formā vniformitati priū. Exēplū primi vt mā in angelis. ¶ Pono ꝓpōnē ꝙ in spūalibꝰ ⁊ incorpalibus vna est mā quantū ad essentiā. Exēplum scḋi vt materia corporuꝫ celestiū. ¶ Scḋa ꝓpō. Omnium corporaliū siue corruptibiliū siue incorruptibiliū vna est materia. Exemplum tertij vt materia omnium corporum inferiorum. ¶ Tertia ꝓpō. Capiendo materiam tertio modo secundum esse nō

est eadē

est eadē corpoꝝ celestiū ꝛ terrestriū. Exēplū quarti vt mā ignis ꝛ aque nō aeris. ¶ Notādū ꝙ eē eēn tie vnius cuiuscꝫ rei ē ipsamet eēntia rei penit⁹ cū ipsa re. Dñs solū penes modū ꝯcipiēdi qꝛ eē dicˀ cōcretū ꝛ eēntia abstractū vt hūanitas hoīs ē eēntia sua. Et sicut se habet essentia sic se habet esse actualis existentie. Et de vtroqꝫ est questio.

Quinto queritur.

Utꝝ mā pducta fuerit añ oēm diē. Resolutio.q. stat in ppositionibus. ¶ Prima ppō. Materia ꝓm ordinē nāe fuit creata añ oēm diē ꝓm oēs doctores. ¶ Secūda ppō. Inter creationē māe prime ꝛ inter pductionem lucis vel cuiuscūqꝫ alterius rei fuit aliq̄ mora tpis ꝛ in illa mora vt fertur fuit factum ꝓliū in celos inter bonos ꝛ malos angelos. Et quādo deus dixit: fiat lux: mali ceciderunt ꝛ boni fuerūt confirmati.

Sexto queritur.

Utꝝ mā illa prima habuerit situm vel locum. ¶ Respōsio.q. stat in ppōnib⁹. ¶ Prima ppō. Cuꝫ mā illa prima esset moles quedā habēs extēsionē ꝛ habēs celū ēpireū ābiēs ipsam: ipsa fuit de facto in loco. ¶ Scđa ppō. De facto mā illa cū esset substātia corpulēta ꝛ q̄ta erat i loco repletiue. Nā repleuit totā ꝯcauitatē celi empirei p modū nebule. ¶ 3ª ppō. Qꝛ in ptibus illius māe prime erat quedā distinctio ꝓm subtilitatē ꝛ grossitiē lꝫ nō plene ꝛ pfecte sꝫ impfecte. Nam pars superior de q̄ facti sūt celi erat subtilior: ps vero inferior de qua facta sunt elemēta erat grossior. ¶ Dicēdū ꝙ duplex est locus quidaꝫ spūalis: alius corpalis. Secūda distinctio spūalis est duplex quidā ꝯseruatiuus locati vel loci. Alius limitatiuus vel descriptiuus. Cōseruatiuus est ipsa virtus diuina ꝯseruās ꝛ gubernās ꝛ ꝯtinēs oīa p quo dico ppōnem. Qꝛ cuilibet rei create siue spūali siue corporali virtus diuina est locus gubernans ꝛ ꝯseruatiuus oīa hic est ꝙ dꝛ sapiētie. Spūs dñi repleuit orbē terrarū qꝛ vt ipse dicit celū ꝛ terrā ego impleo. Spūs dñi idest spūs.q. est ipse deus hic tenet substātiue: hoc ens ꝙ est deus ꝯtinet oīa. Adhuc deus est in loco tripliciter. Uno modo p presentiā. Alio mō p potētiā. Tertio mō p eēntiā. Illud dꝛ esse in loco p pñtiam ꝙ est pñs oībus rebus: hoc mō deus est in loco pñtialiter: qꝛ clare videt nō solum facta sꝫ ēt fiēda. Itē deus est pñs potētia ꝯseruādo oīa ꝛ est mihi intimus q̄ aīa mea. Illud dꝛ esse pñs p essentiā qđ hꝫ nām suā ppriā veraciter in illa re cui dꝛ esse pñs. Isto mō pñs est deus cuilibet re nec est verius i celo p essentiā q̄ in inferno vel alibi. Implicat ꝯtradictionē deū facere aliquā rē de nouo ꝛ nō esse i eadē p eēntiā. Alius est locus limitatiuus vel descriptiuus ꝛ sic ppria limitatio ppria finitas vel clausio dꝛ locus limitatiuus cuiuslibet rei. Uñ proprius locus limitatiuus angeli est ppria eius nā vl finitas sue nāe: nec est qđ de illa. Corpalis locus capit dupl'r. Uno mō fūdamētaliter ꝛ nihil aliud est q̄ q̄dā superficies ꝯcaua corporis ꝯtinētis locatū. Alio° capit formaliter ꝛ est quidā respect⁹ extrinsecus adueniens fundata in supficie ꝯcaua circūscripta ꝛ locāte: ꝛ terminatus ad locatū ꝛ vocat circūscriptio actiua locus formaliter qui est habitudo circūscripti ad circūscriptū. ¶ Notādū ꝙ aliqd esse in loco pōt intelligi q̄tuor modis. ¶ Primo circūscriptiue. Et est illud qđ est sic pñs ꝙ totū locatum corrīdet toto loco ꝛ q̄libet pars locati corrīdet alicui pti loci. Semp locū ꝛ locatum sunt adeq̄ta ꝛ sic ego sum in loco. Ex quo sequit ꝙ deus nō pōt esse in loco circūscriptiue qꝛ deus nō hꝫ partes. ¶ Secūda ppō. Quicqd est in loco circūscriptiue hꝫ partes. Ex quo sequit ꝙ angeli nō sunt in loco circumscriptiue qꝛ nō hñt ptes: qꝛ esse in loco dimēsiue ꝛ occupatiue sunt idē. Aīa rōnalis q̄tū est de se ꝛ ēt pūcta nō sunt in loco circūscriptiue qꝛ nō hñt ptes. ¶ Scđo° capit diffinitiue. Et est illud qđ ē pñs loco p reale exñtiā ꝛ pñtiā sic tñ ꝙ qñ est pñs vni loco non pōt esse in alio loco qꝛ sunt entia limitata. Isto mō angeli sunt in loco qꝛ q̄tum est de natura angeli nō pōt esse in pluribus locis nisi de potētia dei. ¶ Tertio mō capit sacraliter. Et est illud qđ ē pñs per verā pñtiā alicui per signū sensibile sic tñ ꝙ qñ est pñs vni loco pōt ēt eē pñs alteri loco. Isto mō corp⁹ xpi est in loco. Ex quo sequit ꝙ corp⁹ xpi nō pōt esse sub qualibet re sacraliter sed oportet ꝙ sit sensibile signū qꝛ in angelis ꝛ aiabus nō est ibi sacraliter. ¶ Quarto mō capit imēsiue. Et est illud qđ necessario est in q̄libꝫ loco si ponat loc⁹ vel in q̄libet re si ponat: ꝛ sic de⁹ est in q̄libet re siue loco.

Circa decimātertiam

distinctionē querit pmo. ¶ Utrū per illā lucē q̄ dꝛ eē op⁹ p'e diei itelligat scriptura lucē corporalē vel spūalē. Augustinus ponit talem conclusionem. Illa lux que fuit producta prima die nō est lux corporalis: sed spiritualis. pꝫ qꝛ illa lux est nā angelica que est nā spiritualis. Alij ponūt ꝯclusionē ꝙ illa lux que facta est prima die nō erat spūalis sed mere corporalis. Et intelligitur nō solū de luce que est accidēs: sed cuꝫ dꝛ fiat lux idest corpus lucidum.

Secundo queritur.

Q̄liter illa lux faciebat dies ꝛ noctē. Notādū ꝙ nox capit q̄druplicit. ¶ Uno° pro ipsis demonib⁹ vt vult Augu. sup Gen. ¶ Secūdo mō pro pcō vt dꝛ a noceo ces. qꝛ pctūm plus oībus nocet. Primo mō dꝛ a nicting qđ est nigrū. ¶ Tertio mō capit pro abñtia illuminationis sup emisperiū nrum. ꝛ sic capit in qōne. Et hoc mō capitur dupliciter. Uno° pro abñtia solis. Alio° pro abñtia luminis causati a nube lucida que fuit fcā prima die. Quarto mō capit pro tribulatiōe vt dicit glosa ordinaria sup primū psalmum.

Tertio

q̄ritur. Utrum lux sit corpus vel forma corporis. ¶ Notādū ꝙ duplex

quatuor modis

est lux.s.spūalis ⁊ corporalis. Spūalis est duplex: q̄dā est icreata q̄ ē eēntia dīna dr̄ cū purissima lux ꝑ ꝓuatiōez seu negatiōez cuiuslibz tenebrositatis ⁊ obscuritatis ⁊ cuiuslibz passibilitatis mãe ⁊ cuiuslibz ignorātie ⁊ cuiuslibz pctōꝝ. Quedā ē creata lux spūal' q̄ ē triplex: q̄dā ī ē eēntialis: q̄dā ꝯsubālis: ⁊ q̄dā accn̄talis. Pꝛia ē nā āgelica. Scđa ē potētia itellectiua angl'i vl' hoīs: q: ē idē eēntialr cuz eēntia angl'i vl' aīe. Tertia ē oīs itellectio ⁊ oīs cognitio ⁊ oīs sapīa ⁊ scīa. Et d̄ istis nō ē qō nec ad ꝓpositū. Lux corpal' d̄ q̄ ē ad ꝓpositū sic dscribit. Est quedā q̄litas accn̄talis realr inherēs corpi lucido cāsatiua ⁊ ꝓductiua luminis tanq̄ ꝓprie sue spēi in corpore dyaphano. ¶ Rn̄sio ꝙ in ista.q. duplex ē opio. ¶ Prima stat in distinctiōe ista q̄ duplex est corpus.s.purū ⁊ nō purū. Purū corp⁹ est ꝙ nō est ꝙ nō est cōpositū ex mā ⁊ forā vt sol: ⁊ tūc dicunt ꝙ ⁊ tale corpus est lux. Aliud est corp⁹ nō purū.s.qđ ē cōpositū ex mā ⁊ forma: tūc ꝙ tale corp⁹ nō est lux. Ista opio est falsa. ¶ Scđa opio ponit ēt distinctionē ꝙ lux pōt capi dupliciter.s.in abstracto vel abstractiue: vl' ī cōcreto vl' ꝯcretiue tūc dicūt ꝙ lux in abstracto capta est forā corpis.lz ī ꝯcreto est corp⁹.

Quarto querit vtrū lux sit forma substātialis vl' accn̄talis. ¶ Rn̄sio ꝙ in.q. duplex ē opinio. Pꝛia ē scoti ⁊ vera scz ꝙ lux ē accidēs corpi luminoso sicut callidū accidit corpori calido. Ista se hūt per ordinē lux luminosum ⁊ lucidū. Lux est q̄litas corpis lucidi de tertia spē qualitatis. Lucidū est ipsum corpus habens lucē. Luminosum est ipsum corpus illuminatum.

Quinto querit vtrū lumē ꝙ emitti ī a corpore lumioso sit corpus an q̄litas corporalis. Notādū ꝙ lumen diuiditur in lumen spirituale ⁊ corporale. Spirituale est duplex quoddam increatū aliud creatum. Lumen increatuz est duplex quoddā est essentiale siue eēntialiter dictū. aliud est notionale siue notionaliter vel ꝑsonaliter dictū. Essentialia in diuinis sunt que dr̄ de trib⁹ ꝑsonis simul ⁊ sigillatim. Et dicunt eēntialia eo ꝙ hūt simile modū predicādi cū eēntia que predicat singillatim de singulis personis in recto ⁊ de omnibus simul. Notionalia vero siue personalia dr̄ que cōia tribus personis non sunt: sed conueniūt vni soli ⁊ ad plus duabus personis sicut spirare. Lumen ergo increatum essentiale est essentia diuina ⁊ etiam omnia essentialia ⁊ ad hoc lumine finis omne lumen creatum sicut dicit iacobus vocās ipsum patrem luminum. Et capitur pater essentialiter non notionaliter quemadmodum in oratione dominica. Lumen autem notionale est quelibet persona diuina ⁊ ita sunt tria lumina ⁊ sic capitur in symbolo niceno: deum de deo lumen de lumine. Et hec tria lumina notionalia sunt vnum lumen essentiale. Et de vtroq̄ potest intelligi illud psalmus. In lumine tuo videbimus lumen. Lumen spirituale creatum est duplex: quoddaz est angelicum aliud est animaticum. Angelicum autez lumen est triplex scilicet essentiale consubstantiale ⁊ accidentale. Primum est ipsa essentia angeli q̄ propter sui puritatem caret opacitate ⁊ omni tenebrositate ⁊ passibilitate materie. Inde ē ꝙ vocatur a dionysio speculū clarū. Lumē ꝯsubstātiale ē ipse intellect⁹ angelic⁹. Et ꝑ reglā nota ꝙ oīs potētia cognitiua dr̄ lumē potētiale. Lumē angelicū accn̄tale ē duplex.s.actuale: aliud ē habituale. Pꝛimū ē cognitio angeli q̄ cognoscit aliqd: vn̄ oīs cognitio ꝑ quā ve cognoscit obiectū aliqđ dr̄ lumē accn̄tale. Lumē ḡ angelicū accn̄tale actuale ē duplex.s. btificū q̄ ē clara visio dei. Aliud ē nō btificū ⁊ ē oīs alia vera intellectio angeli de q̄cunq̄ obiecto alio a deo vl' noticia abstractiua de deo ab intuitiua cognitione diuina. Lumē aūt habituale angelicū dr̄ eē oīs habit⁹ itellectualis existēs in intellectu angelico q̄ determinate vere apprehēdit omne intelligibile aggeneratus ex actib⁹ freq̄ntatis vel infusus a deo vt sunt sapīa scīa prudētia. Et oēs iste distinctiōes pn̄t dici de anima ꝑ declaratiōe luminis aīastice. Lumē corpale accipit dupl'r. Uno mō pro corpe illumiāto actu ⁊ sic aer illumiat⁹ dr̄ lumen ⁊ ēt ignis ⁊ cādela ⁊ h̄ mō vocat Aug. solē lucez ⁊ ignē. Hoc mō capiēdo lumē est ens ꝑ accn̄s. Alio mō capit ꝓprie ꝓ q̄dā forma corporis illuminati ꝑ quā formalr corpus dr̄ luminosum. Lumē ḡ sic captū pōt sic describi. Est q̄dā q̄litas corpalis accn̄talis: subiectiue in corpe dyaphano existens cāta ⁊ ꝓducta a luce ipam lucē nāliter repn̄tans tanq̄ eius nālis ⁊ expressa similitudo ⁊ imago. ¶ Rn̄. ad qōnē. Dicendū ꝙ vera opinio stat in vna distinctione ⁊ tribus dictis. ¶ Distinctio. Lumen vl' radius solis capit dupl'r. Uno mō ꝑ aere illuminato ꝫm lineā dyametralē ⁊ hoc est ꝫm rectā lineam vel etiam ꝫm eius ꝓfunditatē ⁊ hoc mō lumē captū est corpus. Alio mō capit ꝓprie ⁊ est q̄dā q̄litas accn̄talis ⁊ corporalis existens subiectiue in corpore dyaphano: ⁊ hoc modo lumen non est corpus sed est accidens.

Sexto queritur Utrū lumen sit forma substātialis vel accidentalis ¶ Resolutio. Obmissis falsis opinionibus. Pro vera opinione scoti pono. ¶ Prima ꝓpositio. ꝙ lumen est quedā qualitas accidentalis reponibilis in tertia specie q̄litatis q̄ dicitur passibilis qualitas. pꝫ in diffinitione luminis supra. ¶ Secunda propositio. Lumen non est solū spiritualiter siue intentionaliter in medio sed ēt concretiue naturaliter ⁊ inhesiue est in medio. pꝫ q: lumen est in aere ⁊ est accidens ⁊ non ē subiectiue in sole. ergo est subiectiue ī aere siue in medio.

Circa decimāquartaz Distinctionem queritur primo. Utrū cristallinum celum sit de natura aque. Sciēdū ꝙ duplex ē celū.s.spūale ⁊ corporale.

porale. Spūale est duplex scʒ increatū. Et ē ipsa trinitas beata de quo dicebat lucifer. Ascēdā in celū ⁊ ero similis altissimo. Aliud celū spūale ⁊ creatuʒ est ipe angelꝰ btūs. Licet natura angelica ante peccatū possit dici celū. Unde cū dr̄. In ꝑncipio creauit deus celū. Ibi ſm Aug. capit̄ pro natura angelici. Anima etiā q̄libet existens in gr̄a pōt dici celū spūale ſm illud. Celū mihi sedes ē ⁊ aīa iusti sedes est sapie. Uñ etiā. Celi enarrāt gloriā dei. i. apostoli. Celū corporale ſm Rabanuʒ est septuplex: scilicet Aereum. Ethereuʒ. Olimpiū. Igneū. Sydereuʒ. Aqueū. Et celū empyreuʒ. Phūs autē solū locutꝰ est de octo celis siue speris de orbibus scʒ septē planetarū ⁊ octaua scilicet vbi sunt stelle fixe. Theologi autē ponūt cū ꝑdictis celū aqueū. i. cristallinū ⁊ empyreū. ¶ Celū cristallinū de quo est ad ꝓpositū sic describitur. Est ꝑmū mobile qđ mouet vniformiter ab oriente in oriens p occidens: ⁊ suo motu ⁊ ꝟtute sua rapit ⁊ trahit oēs alios orbes inferiores. Ita scʒ ꝙ in vna die naturali revoluunt̄ ab oriente in oriēs p occidens. Corpꝰ ꝑspicuū carens stellis: frigefactiuū siue refrigeratiuū. ¶ Notādū ꝙ aqua accipit̄ tripl'r. Primo mō capit̄ ꝓ informi materia que fuit creata cū angelis vt cū dicitur. Spūs dn̄i ferebat̄ sup aquas. ¶ Scđo mō capit̄ ꝓ aqua transparenti ⁊ retētiua lumis ⁊ sic est celū cristallinū Genesis ꝑmo. Diuisit aquas ab aquis. ¶ Tertio mō capit̄ pro polo aqueo. Uñ ibidē dr̄ ꝯgregētur aque in locū vnuʒ ⁊ appareat arida. Resolutio q̄ōis stat in sequētibꝰ ꝓpositionibꝰ. ¶ Pria ꝓpositio. Ponende sunt aque corporales sup celū stellifero ptʒ p Geñ. j. ¶ Scđa ꝓpō. Iste aque superiores nō sunt eiusdē nature cū aquis inferioribꝰ. ¶ Tertia ꝓpō. Iste aq̄ q̄ sūt sup celos nominant̄ noīe aq̄ ꝓpter ꝓprietatē quā habēt cū aqua elemētari. Habent em̄ ꝑspicuitatē frigiditateʒ ⁊ grauitateʒ. Nō solū est ꝑspicuū receptiuū lumis ſʒ etiā retentiuū. Uñ rubini probant̄ in aqua de nocte: ⁊ tñ rubinus nō est lucidꝰ: ⁊ nō est illa luminositas ex aere. ꝗ ex aqua quā retinet. Rñdeo. Notandū ꝙ supra celū sydereū nullū est celuʒ aqueuʒ. Et ad scripturā dicunt ꝙ aque q̄ supra celuʒ sunt vocant̄ angeli ⁊ augustinus videtur huius opinionis esse dicit ꝙ ille aque sunt imobiles: debet itelligi de aqs spiritualibus. Tamē scđa opinio est ꝙ super celuʒ sydereū sunt aque siue celuʒ cristallinum de natura aque ⁊ ponit̄ ibi ad refrigeriuʒ etheris. Et dicūt licet ille aque nō sunt fluide sunt tñ eiusdē specie cū aquis inferioribus. ¶ Querit̄ quid ē celū empyreū. Rñdeo. Est substātia corporea ꝑma inter actiuas imobilis: vniformis: ꝑfecte lumiosa a deo creata ꝓpt̄ inhabitationeʒ oīm bonoꝝ. Celuʒ vero empyreuʒ est vniforme ⁊ q̄libet eius ps ē lucidior in cētuplo sole. Uñ sicut iustitia dei equissima deputauit loca damnatoꝝ turpissima. Ita ꝑparauit celuʒ empyreum ꝓpter consolationeʒ bonoꝝ. ꝗ celuʒ empyreuʒ est corpus nobilissimū ꝑmuʒ ⁊ maximuʒ inter oīa corpora inanimata ⁊ celestia ſm se totuʒ lucidū cū sua astra sūt angeli ⁊ hoīes beati ⁊ sol eiꝰ est agnꝰ dei. De isto dr̄ Apocal. Ciuitas illa nō indiget sole ⁊ luna sed claritas dei illuminabit eam ⁊ agnus.

Queritur secundo. vtrū firmamētū sit eiusdem nature cū igne elemēto. Notādūʒ ꝙ firmamētum est illud celum in quo sunt stelle fixe qđ in ꝑmaria rerū cōditione posituʒ est in medio aquaruʒ. Alio mō cōiter pro omnibus orbibus celorū capit̄ ⁊ de vtroqʒ est q̄stio nr̄a. Sciendū ꝙ q̄druplex est ignis q̄deʒ q̄ accendit̄ aqua ⁊ extinguit̄ oleo sicut ptʒ de calce viua. Alius ē vstiuus sed nō est cōbustiuus: molestiā ⁊ dolorē: sed nō cōsumptionē inferēs: ⁊ talis est forte gladius versatilis positus ante paradisū terrestrē. Et posset etiā dici ꝙ ignis infernalis est hmōi. Ideo aliqui dixerūt ꝙ ignis isernalis nō est eiusdē rōnis cuʒ igne elemēto nō em̄ lucet sicut nr̄. Alius ē ignis q cōficitur aliqbus cōfectionibꝰ ⁊ si talis ignis esset in capillis alicuiꝰ illuminaret sufficienter comā sed nullā infert lesionē. Alius ē ignis elemētuʒ ⁊ est triplex: scʒ carbo. flāma. ⁊ lux lux in sua regione. Si auteʒ est in terra siue materia terrestri dicit̄ carbo. Si i aere dr̄ flāma. Ignis auteʒ infernalis est carbo. ¶ Rñdeo. Dicenduʒ ꝙ sicut supradictū est: ꝙ celuʒ cristallinuʒ censeri potest noīe aque quia aliquā proprietatem eius in se habet. Sic est in proposito ⁊ intelligi pōt. ¶ Triplex est em̄ ignis proprietas sicut dictū est de aqua Una lumiositas. Altera caliditas. Et tertia leuitas per quā mouetur motu qui est sursum.

Queritur tertio. vtrū in celo sit ponere dextrū ⁊ sinistrū. Sciendū ꝙ sunt sex differentie positionum siue situs: scʒ sursum deorsuʒ: dextrū sinistruʒ ante ⁊ retro. ¶ Resolutio q̄ōis stat in sequentibus propositionibus. ¶ Prima propositio. Quāuis sursuʒ ⁊ deorsuʒ dicāt terminos longitudinis. dextrū ⁊ sinistrū terminos latitudinis ante ⁊ retro terminos profūditatis: nō tñ nomināt illos ꝑcise ſʒ p cōparatiōeʒ ad motū. Nā clarū ē ꝙ in nullo corpe ponit̄ dextrū ⁊ sinistruʒ nisi p cōparationē ad motū porē vel fortiorē. Uñ q̄a oēs ptes lapidis eq̄liter ⁊ indifferēter mouēt ideo nō est lapidi dextrū ⁊ sinistruʒ. Itē dextrū ⁊ sinistrū possūt eē in aliquo dupliciter. Uno mō ex natura rei. Alio mō p comparationeʒ ad aliud. Dextrū ⁊ sinistrū ⁊ si in aīali sunt ex natura rei. In aliis rebus est dextrū ⁊ sinistrū per comparationē ad animal vt dextrū cornu altaris ⁊ sinistrū cornu. Dextrū est illa pars animalis a qua incipit motus localis explicatiue sicut patet q̄ñ homo vult ambulare ꝑus mouet pedē dextrum: ⁊ sic de quolibet animali ꝑfecto. ¶ Scđa propositio. Dextruʒ ⁊ sinistrū non sunt in celo empyreo: quia dextrum ⁊ sinistrum accipiuntur penes comparationem ad motum. ¶ Tertia propositio: Qʒ dextrū ⁊ sinistrū i celis solū ē in celis vel orbibꝰ mobilibꝰ.

Queritur quarto. Utrum primum mobile a deo immediate sit tm̄ aut mediate virtute creata. ℂ Sciendū ꝙ primū mobile ſm theologos est celum cristallinū sed ſm phos est celū stellatum. ℂ Resolutio qōnis stat in sequentibꝰ ꝓpositionibus. ℂ Prima ppō. In omni opatione ⁊ effectu ⁊ creatura deus operatur intime ⁊ immediate: patet qꝛ deus est intime presens suo effectui ⁊ seipso opatur. ergo ⁊c̄. Augꝰ. Uoluntas dei immediate attingit effectū. ℂ Secunda ppō. In aliquibus operibus deus sic operatur ꝙ est tota causa ⁊ nulla secunda causa sit cū eo. In aliis autem sic opatur ꝙ causa secūda causat cū eo. Exemplū primi. vt in creatione angelorū ⁊ iustificatiōe impiorū. Exemplū secundi vt ignis cū deo producit ignem. ℂ Tertia ꝓpositio. Prima opera q̄ fiūt a solo deo dicuntur mirabilia. Alia vero dicuntur voluntaria siue naturalia. patet qꝛ iustificare impiū ē mirabile. ℂ Resolutio qōnis. Primū mobile nō mouetur a deo solo sꝫ mouetur a deo ⁊ ab aliq̄ creatura. Et congruū ē qꝛ ille motus est successiuꝰ ⁊ hoc potest cōpetere creature. ergo cōgruit ꝙ cū deo creatura moueat ipsum celum. ℂ Sciendum ꝙ deum esse causam immediatam alicuius effectꝰ potest intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ deꝰ intime ⁊ per seipsum agat ⁊ ꝓducat ipsum effectum. ⁊ sic deus est causa cuiuslibet creature. Hoc ēt mō mouet omnia immobilis. Alio mō qꝛ se solo causat ⁊ est totalis causa ⁊ sic cuiuslibet effectus precise ꝓducte per creationē deus est causa immediate. Et sic capitur in qōne vt anima angelus materia pria ⁊c̄.

Queritur quinto. Utrum motus celorum sita ꝓ pria forma vel intelligētia. ℂ Intelligentia capitur multipliciter. Primo mō pro aliqua natura intellectuali vel rōnali mere spūali nata per se existere ⁊ hec est duplex. Quedam est increata vt deus. ⁊ capitur dupliciter scꝫ essentialiter ⁊ sic deus ē vna intelligentia. Secūdo notionaliter ⁊ sic sunt tres intelligentie. Quedā creata. ⁊ ē duplex. scꝫ angelica ⁊ animastica. De angelica ē questio. ℂ Resolutio qōnis stat in vna propositione. scꝫ: ℂ Deꝰ mouet celū mediante intelligentia creata vel mediante angelo ⁊ sunt tot angeli mouentes quot sunt orbes. Opinio ista ē verior. ℂ Nota ꝙ motꝰ nālis dicitur qui ē a principio intrinseco. motus violēus qui ē a principio extrinseco. Et sic opinio phorum dicentium ꝙ celi habent animas ⁊ cōponuntur ex aīa ⁊ corpe sicut hō. reprobatur tāq̄ heretica.

Queritur sexto Utrum luminaria posita sint in eodem corpore continuo: an in diuersis. ℂ Resolutio qōnis. Cōmunis opinio que fūdatur Gen. primo. vbi dicitur. Fiant luminaria in firmamēto celi (⁊ nulla mentio fit de aliis speris) ponit ꝙ omnes orbes faciunt vnū corpꝰ. Et hec opinio stat in quattuor propositionibus. ℂ Prima ꝓpositio. scꝫ omniū opinionē tam phorū nālium q̄ mathematicorum aliqua luminaria celi locantur in diuersis orbibus. ℂ Scda propositio. Diuersitas orbium nō venit ex distinctione formarū substantialiū nec venit ex discontinuatione superficiei sed venit ex diuersitate motuū. Aliqua pñt distingui tribus modis. ℂ Primo ꝑ suas formas specificas. vt hō ⁊ asinꝰ ℂ Scdo per diuersas superficies vt duo lapides. ℂ Tertio ꝑ diuersitatē motuū vt ptes maris cuiꝰ vna pars vadit ad vnā ptē. alia in aliā ptē. ℂ Tertia propositio. Diuersitas sola motuū non tollit cōtinuitatem corporis subtilis rarefacti ad motū. pꝫ qꝛ aqua mouetur ad oēs diās positionū ⁊ tñ ē vnū corpus. ℂ Quarta propositio. Licet luminaria celi sint posita in diuersis orbibꝰ sunt tñ oia in vno corpore locata quod vocatur firmamentum.

Queritur. Septimo. Utrū luminaria moueantur in orbibꝰ suis motibꝰ ꝓpriis. ℂ Duplicia sīt luminaria. s. fixa ⁊ erratica. Omnis planeta est stella ⁊ non econtra. de stellis fixis non est dubium. ℂ Resolutio ptholomeus dicit ꝙ firmamentum mouetur tribus motibus scilicet motu diurno ab oriēte per occidens in oriens: ⁊ hic non est proprius motus: sed est proprius motus primi mobilis. Mouere preterea ſm eum motu accessus ⁊ recessus sup prima puncta libre ⁊ arietis ⁊ illo motu complet vnū gradū. octingētis annis. Preterea dicit ꝙ firmamētū mouetur motu ꝓprio qui ē contrarius motui diurno ab occidente in oriens ⁊ complet vnū gradū illius motus in centum annis. Et sunt trecenti gradus in circulo zodiaco. Et sic complet suum circulum in triginta et milibus ānis. Secūdū astrologos planete mouent propriis motibus scindendo celum: sicut auis q̄ mouetur in aere vel piscis in aqua. ℂ Alia opinio ē phorū cū qbus ē Bonauentura q̄ dicunt ꝙ planete non mouentur nisi motu suorꝫ orbiū. Nam non ē imaginabile ꝙ stelle mouentur ī celo sicut piscis ī aq̄ scidēdo aq̄: qꝛ celū nō ꝑscidi nec ē frāgibile.

Queritur octauo Utrū conueniat alicui orbi moueri absq̄ stellis. Notandū ꝙ duplex ē celū qd̄ caret stellis quoddā qescēs vt celū empyreū. Aliud ē mobile ⁊ hoc ē cristallinū. Et de isto ē qō. ℂ Resolutio stat in vna conclone q̄ ē ꝙ pter celū stellatū opꝫ ponere vnū celū sine stellis qd̄ ē primū mobile. Et hoc pꝫ ꝑ rectores sacre scripture. i. moysen prophete ⁊ apli posuerūt illud. Et si dicas ꝙ scriptura nō pōit celū aq̄ū mobile dicēdū ꝙ doctores theologi rōne necīa ꝯcludūt celū illō eē mobile.

Queritur Nono. Utrū luminaria diuersitatem hēant pfectionū ⁊ ē qrere. Utꝝ luminaria celi distinguantur spē. ℂ Resolutio stat ī vna ꝯclusiōe q̄ ē ꝙ aliter luminaria celi repire ē diuersitatē ⁊ q̄tū ad spēs ⁊ quantū ad formā. pꝫ ꝑsuppoīto ꝙ eorum que sunt eiusdem speciei specialissime ⁊ eiusdem forme habent easdem proprietates ⁊ operationes

operationes vt vinũ calefacit et acetum frigefacit. Ideo sunt diversarũ formarum pro quia illa que habent alias et alias proprietates et operationes distinguunt specie. Sic est de luminaribus. ergo patet quia sol est calefactivus. saturnus autem frigefactivus. ergo differunt specie.

Queritur decimo. vtrũ diversa luminaria habeant diversas impressiones supra corporalia.

distinctionẽ querit pmo. ℭ Utrũ voluntas sit bona & cõmendabilis rõne boni finis. ℭ Respondeo dõm q̃ cum dicitur voluntas esse bona ex bonitate finis. Hoc est q̃ voluntas est bona ex ordinatione ad bonum finem. Ad hoc q̃ sit recta ordinatio ad bonũ finem. Requiritur q̃ bonus finis sit duobus modis. v3 fm id quod est: & sub ratione finiendi. Aliquid. n. est bonum in se: quod tamen non recte ordinatur ad alterũ ratione finis sicut minus bonuz q̃uis sit bonuz: non tñ est bonus finis maioris boni: pro eo q̃ finis melior dbet esse hijs que sunt ad finem. Similiter ex parte ordinationis duo requiruntur. videlicet ydoneitas ex parte ordinabilis: & actualis conuersio ex parte voluntatis ordinantis: & cum ista concurrunt. tunc absq̃ dubio volũtas bona ex fine bono iudicetur. Cum autem horũ aliquid deficit bonitas finis non sufficit ad bonitatem voluntatis: vtpote si sit finis bonus in se: nõ tñ sufficit ad finiendum vel complẽdum illud qđ fit propter ipsum. Sicut manducatio q̃uis sit bonum in se: non tamen habet completam rationez finiendi respectu predicationis. Similiter mendacium non est ordinabile ad bonum cum sit fm se malũ. & ideo quãtumcũq̃ quis mentiat pter aliquod bonum mendacium non est bonũ: q: deficit ibi rectitudo ordinationis propter defectum ydoneitatis ex parte actus quem voluntas refert ad illum finem. Et sic p3 Resolutio.

Queritur secundo.

Quis sit ille finis ex cuius bonitate voluntas est bona & ad quem debẽt referri nr̃e voluntates ad hoc q̃ sint recte. ℭ Rñdeo. Dõm q̃ mgr̃ recte dicit in eo q̃ finez oĩs bone voluntatis charitatem assignat. secutus est. n. in hoc apli doctrinã qui expresse dicit q̃ charitas est consumatio p̃cepti & plenitudo legis. August. dicit q̃ oĩa precepta diuina referunt ad charitatem. Idez de doctrina xp̃iana. Ostendit q̃ ad charitatis mãdatũ cõmendatũ ordinat tota scriptura. & ita charitas non tm̃modo est finis bone voluntatis sed et totius sacre scripture & cognitionis fm pietatem. Lz. n. xp̃e vl' beatitudo siue deus posset dici finis bone voluntatis. maluit tñ magister dicere q̃ charitas sit finis pro eo q̃ cõpleta ratio fruendi cõpetit ipsi charitati & est finis amabilis.

Queritur tertio.


ℭ Utrũ bone voluntatis sit vnus solus finis an possint esse plures. ℭ Rñdeo. Dicẽdum q̃ bone voluntatis vnus solus finis est principalis. Notandũ q̃ plures fines statuere hoc põt esse tripl'r. Uno modo ita q̃ finis sit sub fine & propter finẽ. Alio mõ ita q̃ sit finis principalis: alter nõ principalis. ita tñ q̃ finis nõ principalis nõ referatur ad principalez actualiter. Tertio mõ ita q̃ vterq̃ sit finis principalis. Exemplum aũt huius põt assignari in eo q̃ frequenter accidit. v3. Cum quis vadit ad ecclesiam ad percipiendas distributiones. Hoc. n. potest facere tripl'r. Aut ita q̃ principaliter intendit honorẽ dei & gloriã cum vadit decantare laudes: & simul cũ hoc intendit obtinere pecuniam vt pauperibus distribuat. vel ĩ alios vsus licitos ad honorẽ dei conuertat. Alio modo põt aliquis ire ad ecclesiã intendens deo placere: & simul cũ hoc pecuniã acquirere. ita tñ q̃ eius acquisitionem ad deũ non refert. nec tñ ipsam pecuniaz statuit finem principalẽ pro eo q̃ ipsam nõ diligit pp se. Tertio mõ vadit quis ad ecclesiã duplicata intentione: ita q̃ vult deo placere: & vult obtinere pecuniaz quam sicut auarus appetit acquirere vt possit thesaurũ suum ampliare & in eo delectari pp se. ℭ Primo mõ est bonum & meritorium & pertinet ad bonã voluntatez. ℭ Scdo modo non est bone voluntatis formal'r loquẽdo: q: est ibi pctm̃ veniale non mortale. Hoc dicit Augu. Minus te amat qui tecũ aliquid amat quod non propter te amat. ℭ Tertio modo statuere diuersos fines nõ est bone voluntatis imo ɔ̃ bonam voluntatem talis enĩ vult duobus dominis seruire. & hoc est impossibile

bilē. Matt.vj. Cū enim vnum solum sit summū ⁊ verum bonū qđ q̄etat humanū desideriū necesse ē ꝙ volūtas bōa ad hoc ꝙ r̄cta sit statuat sibi finē vnicū

Querit 4°. Utrū male volūtates hēant vnicū finē. ℂ R̄ndeo. Dicendū ꝙ ecōtrario est in bonis volūtatibus ⁊ in malis. Nā volūtatū bonaꝝ vnicus est finis siue bone voluntates sint diuerse diuersitate numerali siue diuersitate formali. Diuersitatē numeralē voco qn̄ plēs homines in eodem genere affectionis afficiunt circa aliqd. Diuersitatē aūt formalē voco qn̄ idez homo diuersis habitibus virtutū afficit circa diuersa. Si ue enim sic siue sic cōtingat plures fines primos ⁊ proprios assignare: tn̄ finē vltimū ⁊ principalē necesse est esse vnicū vz ipsuz deū. Ecōtra de malis volūtatibus pp imperfectionē amoris ⁊ appetibilis. Propter imperfectionē nāq3 amoris libidinosi volūtates solo numero differētes diuersos hn̄t fines. ppterea q2 amoz libidinosus semp querit qđ suuz est. tn̄ vnusquisq3 querit finē suū propriū: vt p3 in adultero ⁊ meretrice: q2 iste q̄rit delectationē ⁊ illa querit nummū. Etiā ppter imperfectionē appetibilis necesse est diuersas volūtates formaliter differentes hr̄e diuersos fines q2 luxuria appetit iocunditatē ⁊ leticiā ⁊ auaricia sufficientiā ⁊ superbia excellentiam. Et hec oīa nō ꝯtingit reperiri circa eandem rem creatam sed circa diuersas. Hinc est ꝙ volūtates male differentes formaliter: non vnū: sed diuersos fines sibi constituunt.

Queritur quinto. Utrū intētio sit in his solis que participāt rationez. ℂ R̄ndeo. Dicendū ꝙ triplex est appetitus videlicet naturalis. sensualis. siue aīalis. ⁊ rōnalis. ⁊ quilibet istorū appetituū h3 suum regimen. nō absurde regimē cuiuslibet istoꝝ trium appellat intētio. maxime tn̄ proprie vocat intētio regimē appetit⁹ rōnalis. Et rō huius est q2 ad regimē ⁊ directiuū appetitus naturalis magis spectat dirigi q̄3 dirigere. ad directiuū vero appetitus rōnalis spectat ppꝛie dirigere. directiuū vero appetitus brutalis q̄dāmodo mediū tenet. Et hinc ē ꝙ nālia mouentur q̄dā necessitate. rōnalia vero mera liberalitate bruta mouent vero quadā impetuositate: que est infra libertatē ⁊ supra necessitatē. nō. n. pn̄t se oīno reprimere ⁊ tn̄ pn̄t ad oppositas partes tendere. Sicut igitur regula directiua operationis reperit in rōnalibus ppꝛie. in sensualibus minus ppꝛie: in naturalibus improprie: sic ⁊ intētio. sic p3. Resolutio de intentione s̄m ꝙ reperitur in rationalibus.

Queritur sexto. Utrū se teneat ex parte intellectus vel ex parte affect⁹. Respondeo. Dicendū ꝙ sicut ad rectū motū cōgressiuum ꝯcurrit simul operatio pedis incedētis. Sic in actu intēdēdi claudit simul actus rōnis ⁊ voluntatis vnius vt aspiciētis: alterius vt tēdentis. Et q2 isti actus cōiuncti sunt. ideo per vnū vocabulū cōpositū iportant. Ex his p3 rn̄sio. Concedendum est enim ꝙ intētio noīat aliqd ex parte volūtatis sicut rationes ad primā partē ꝯcludūt. Uerūetiā est ꝙ intētio noīat aliqd ex pte rationis. Rōne cuius dr̄ ⁊ oculus ⁊ lumē sicut rōnes alie: ⁊ istū ad hec duo intētio h3 dirigi fide ⁊ charitate: fide clarificāte oculum intell9 ⁊ charitate rectificāte pedē affect⁹.



Circa trigesimamnonā distinctionē p̄ querit. Utrū ꝯsciētia teneat se ex parte intellus vel ex parte affect⁹. ℂ R̄ndeo. Dicēdū est ꝙ sicut nomē intellectus aliqn̄ accipit pro po^a intelligēdi aliqn̄ pro habitu. aliqn̄ pro ipso principio intell9. Sic nomē ꝯscientie tripliciter ꝯsueuit accipi a doctorib⁹ sacre scripture. Aliqn̄ ꝯscientia accipit pro ipso ꝯscito: ⁊ sic dicit Jo. da. Q. ꝯscientia est lex intellectus nostri. Lex. n. est illud qđ per ꝯscientiam nouimus. Aliqn̄ vero ꝯscīa accipit pro eo pro quo cōscij sumus. s. pro habitu. Sic ꝯscientia accipit p habitu sciētie cognoscētis. Aliqn̄ accipit ꝯsciētia pro ipsa po^a ꝯscientie vt ita dicā s̄m ꝙ dr̄ ꝙ lex naturalis scripta est in ꝯscientijs nostris. Si igit q̄ratur ꝯscīa cuius po^e sit hitus. Dicendum ꝙ est habitus po^e cognitiue. alr̄ tn̄ q̄3 sit ipsa speculatiua q2 scīa scīa speculatiua ē pfectio intell9 nostri inq̄3 tū est speculatiuus. ꝯscīa vero est hitus perficiēs intellectū nr̄m inq̄3tū est practicus siue inquātum dirigit in opere. ⁊ sic intell9 h3 quodāmodo rōnem motiui. nō q2 efficiat motū: sed q2 dictat ⁊ iclinat ad motū. ⁊ ppterea talis habitus nō simplr̄ noīat scīa sed ꝯscīa. vt in hoc significet ꝙ hitus iste non pficit illā po^am speculatiuā in se: sed prout est quodāmodo iūcta affectioni ⁊ operationi. pp qđ nos nō dicimus ꝙ dictamē ꝯscie sit ad hoc pn̄m. oē totū est maius sua parte ⁊ ad similia. sed bn̄ dicimus ꝙ ꝯscīa dictat deū eē honorāduz: ⁊ ꝯsimilia pn̄a q̄ sunt sicut regule agendorum. Concedendū est igitur sicut rationes ostendūt ꝙ ꝯscientia se tenet ex parte potentie cognitiue. licet non se teneat s̄z ꝙ ē speculatiua sed s̄m ꝙ est practica. Intell9. n. speculatiuus ⁊ practicus eandē po^am dicūt sola extēsiōe differentem sicut dicit philosophus. nec est in aliquo modo intelligenduz ꝙ intellectus practicus sit appetitus vel volūtas. Hoc. n. negat philosophus.

Queritur secundo. Utrum cōsciētia sit hitus innatus aut acquisitus. ℂ R̄ndeo. Dicēdū est ꝙ habitus cognitiui quodāmō sunt nobis innati: quodāmodo acq̄siti: nō tn̄ loquēdo de cognitione in particulari ⁊ de cognitione conclusionum: sed ēt de cognitione principiorum. Quoniam igitur cōscientia nominat habitum directiuum nostri iudicij respectu operabiliuz habiti quod quodāmodo habitum nominat innatum ⁊ quodāmodo nominat acquisitum. Innatū respectu eoꝝ que sunt de primo dictamine nature. Acquisitum respectu eorum que sunt institutionis superaddite. Innatum

dicitur respectu luminis directiui. Acquisitum respectu ipsius speciei cognoscibilis. Naturale enim lumen habeo q parentes sunt honorandi & proximi non sunt ledendi. Concedo q conscientia dicit habitum quodammodo innatum videlicet ratione illius luminis super nos signati. quod quidam ostēdit nobis bona & quoddā seminarium aliorum habituū acquirendorum & concedo q dicit quodammodo habitū acquisitū respectu specialiū operabilium. Et his patet responsio ad illam questionem qua queritur. ¶ Utrum omnis cognitio fit a sensu. Et dicendū q non. Necessario enim oportet ponere q anima nouit deum & seipsam & que sunt in ipsa sine adminiculo sensuum exteriorum. Unde si aliquando dicat philosophus q nihil est in intellectu qd prius non fuerit in sensu: & q ois cognitio ortū hz a sensu: intelligendū est de illis que quidem hñt esse in aia per similitudinē abstractā: & illa dicunt esse in aia ad modum scripture. Et ꝓpterea valde notabiliter dicit phs q in aia nihil scriptū & est tabula nuda non q3 nulla fit in ea notitia. sed q3 nulla est in ea pictura vel similitudo abstracta. Et hoc est qd dicit Aug. de ciuitate. Inseruit nobis deus nobile iudicatoriū vbi qd sit lucis, quid tenebrarum cognoscitur in libro lucis qui est veritas: quia veritas in corde hominum naturaliter est impressa. De conscientia quantum ad effectum ligationis.

Queritur tertio. Utrum teneamur ad oē illud quod ɔscia dictat necium eē ad salutē. ¶ Rñdeo. Dicendum q ɔscia aliqñ dictat aliquid qd est sm legem dei & sic simpliciter & vir ligat pro eo q ad illa hō ligatus est per legem diuinā: & ɔscia que illi concordat ligatum ostēdit. Aliqñ aliquid qd est preter legem dei ɔscia ligat qdiu manet. Unde vel tenet hō ɔsciam deponere vel tenet illud q dictat ɔscia adimplere: vtpote si dictat qd neciū est ad salutem festucam de terra leuare. Aliqñ aliquid qd est ɔ legem dei: & loquimur hic de dictamine per modū preceptionis vel ꝓhibitionis: nam per modum consilii siue persuasionis: non ligat ad faciendum vel non faciendū sed ligat ad se deponendū pro eo q cum talis ɔscia sit erronea errore repugnante diuine legi necio qdiu manet ponit eē statum salutis: & id necesse est ipsam deponere: q3 siue homo faciat qd dictat siue eius oppositū mortaliter peccat Roma. xiiij. Omne qd non est ex fide peccatū est. Ibi glosa. Omne qd ɔsciam pertinet. si aliter fiat dicit apostolus esse pcm. Et rō huius est: q3 nō tm attendit deus quid hō faciat sed quo mō faciat: & iste q facit qd deus iubet credens facere ɔ ipam dei voluntatē nō facit bono aio s3 malo & id peccat mortalr.

Queritur quarto. Utrum sinderesis sit in genere cognitionis vel affectionis. ¶ Rñdeo. Dicendum quemadmodum ab ipsa creatione anime intellectus habet lumen quod est sibi nāle iudicatorium dirigens ipsum intellectum in cognoscendis. Sic affectus habet naturale quoddam pondus dirigens ipsum in appetendis. Et sunt in duplici genere scilicet honesti & cōmodi. Sicut cognoscibilia sunt in duplici genere scz speculabilium & moralium. Et quēadmodum ɔscia non noiat illud iudicatorium nisi inquantum dirigit ad opera moralia. Sic synderesis non noiat illud pondus voluntatis nisi inquantum illam hz inclinare ad bonum honestum. Et quēadmodum nomen ɔscie pōt accipi pro potentia cum tali habitu vel pro habitu talis potētie: sic et synderesis. Usitatiori tñ modo loquendi synderesis potius noiat potentiam habitualem q nominet habitum. Et q3 illa potētia nunq̄ separatur ab illo habitu. Hinc est q habitus & potentia vno nomine cōprehendūtur & potentia illa vt sic habilitata nomen sui habitus sortitur. Et sic patet. Resolutio ad questionem qua queritur. Utrum synderesis dicat quid affectiuum vel cognitiuum. Dico enim q synderesis dicit illud qd stimulat ad bonum: & ideo ex parte affectionis se tenet.

Queritur quinto. Utrum synderesis possit per peccatum extingui. ¶ Respondeo. Dicendum q synderesis quantum ad actum impediri potest: s3 extingui non potest. Ideo autem non potest extingui: quia cum dicat quid naturale non potest a nobis oino auferri. Unde glosa super illud Luce. x. Abierunt semiuiuo relicto. Immortalitatem exuere: sed rationis sensum omnia abolere nō possunt quando homo possit sapere & deum cognoscere: nec vnq̄ vnum delet extra nature vestigia. Quāuis autem actus eius omnino non auferri vel extingui non posset: potest tamen ad tempus impediri siue propter tenebram obcecationis & lasciuiā delectationis: vel duritiam obstinationis. ¶ Primo dico propter tenebram obcecationis impeditur synderesis ne malo remurmuret pro eo q malū credit eē bonū sicut ē i hereticis q morientes ꝓ pietate erroris: credūt se mori ꝓ ꝑfectate fidei: & io remorsū nō sentiūt s3 magis gaudiū siccū & vanum. Scdo pp lasciuiā delectatōis sitr ipedit. aliqñ eni i pctis carnalibꝰ ita absorbet hō ab actu carnis: vt remorsus locū nō hēat: q3 carnales hoies tāto ipetu delectatōis ferūt vt rō tūc nō hēat locū. Tertio pp duriciā obstiatōis et ipedit ad bonū synderesis ne stimulet. Sicut i dānatis q adeo sūt in malo firmati vt nūq̄ possint ad bonū iclinari. Et io synderesis qtū ad istigatione ad bonū sempiternum hz ipedimētū & ppea qtū ad istū actū pōt dici extincta nō tñ extincta simplr: q3 hz aliū vsum videlz remurmuratōis. ¶ Scdm eni illū vsū quē synderesis hz pūgē & remurmurare ɔ malū maxime vigebit in dānatis & hz rōnē pene nō pūt rōe iusticie: q3 remurmuratio erit ad cōmēdādū diuā iusticiā: s3 nō erit ad eliciēdū fructuosā pniā. vñ remurmurabit synd'sis i dānatis ɔculpā i relatōe tñ ad penā & sic non

& sic nō pōt extingui q̄tū ad oēm actū & omne tps patet. Rūsio de synderesi q̄tū ad abusū. Et est qd.

Queritur sexto. Utrū synderesis pos sit depravari p pec catū. ¶ Rūsio. Dicunt sancti q synderesis q̄tum ē de se semp ad bonum habet stimulare & peccato re murmurare q̄diu sumus in statu vie. Ideo aliqui nolant eā voluntatē s̄m quā hz naturaliter move/ re: q̄n pctūm nō hz eē circa actū volūtatis vt est natura vel vt mouet naturaliter sed solū vt mouet deliberatiue. Hinc est q synderesis per pctūm non hz depravari: qz ipsa hz alias regere & dirigere: & dñium regendi pōt perdere. Hinc est q ptingit per culpā pcipitari. Presidētia. n. dñū a duob⁹ pendet videlicet a rectitudine presidentis & ab obteperan/ tia familiaritatis & q̄uis synderesis quantuz est de se sit recta semper: quia tamen ratio & voluntas fre quēter ei obui: r. Ratio per erroris excecationem: & voluntas per impietatis obstinationē. Hinc ē q synderesis pcipitari dī: p eo q effectus eius & psi dentia in vires alias deliberatiuas propter earum repugnantiā repellit & cassat. Et ponit exēplū i mi lite qui quātū est de se semp bū sedet super equū equo tamē ruente pcipitari dicit. Sic & in pposito intelligendum est. Hic autē modus dicēdi tanq̄ ra tionabilior a pluribus sustinetur.

Circa quadragesimā distinctionē primo querit. ¶ Utrum qualitas operū semp rñdeat qualitati i tētionis. Et hoc est querere. Utruz om ne opus qd fit bona intētione sit bonū. ¶ Respon sio. Dicendū q intētionis qualitas dupliciter pōt accipi s̄m q intētio dupl̄r dī. Uno mō intentio di cit voluntatē finis. Alio mō vero nō tm̄ dicit volū tatē finis. sed etiā ordinationē eius quod est ad fi nē quē appetit. Et s̄m hoc dupliciter pōt dici inten tio bona vel mala. Uno modo dicitur intentio bo na in qua est perfecta & bona ordinatio operis ad finem intentum: & econtra dicitur mala in qua ē or dinatio indirecta: & hoc modo bonitas intentiōis nō tm̄ respicit bonitatē finis: sed etiam rectum or dinem eius quod est ad ipsum finem hec eniz duo necessario requirunt ad hoc q oculus sit simplex si cut dicit Bernar. ad eugeniū. videlicet q veritas sit in electione & charitas in intentione. Et hoc est dicere q tunc est oculus mentis simplex siue inten tio bona: quando hoc amat finaliter quod est amā dum: & eligit quod est eligēdum. & hoc modo qua litas operis semper respondet qualitati intentio/ nis nec habet instantiam: immo si oculus est sim plex totum corpus erit luminosum. & si oculus est tenebrosus hoc est intētio mala & opus iudicat ma lum. Alio modo dicitur intentio bona quia illō qd finaliter intendit est bonum. Et mala: quia illō qd finaliter intendit est maluz. Et hoc modo nō est ge neraliter verum: quia qualitas operis causatur a qualitate intentionis: & hoc dico quantum ad qua litatem que est bonitas. Si quis enim mentitur vt pote ad liberationem innocentis: vel furatur vt pa scat pauperem: non dicitur bene facere. sicut dicit Aug. & et apostolus. Non sunt faciēda mala vt eue niant bona. Quantum autem ad qualitatem mali/ cie non habet instantiaz: immo necessario malicia operis correspondet intentioni male intendenti. Qualecunq; enim sit opus dum faciat illud homo mala intentione. Deus qui scrutat corda maluz re putat. Cum enim ad bonitatem boni operis neces sario requiritur intentio boni finis. sola illa desistē te opus iudicatur esse malum: non tamen illa sola assistente iudicatur esse bonum: quia plura exigun tur ad construendum q̄ ad destruendum.

Secundo querit. Utrum quantuz quis intendat tā tum faciat: vt sicut opus ab intentione recipit aliq̄ modo qualitatem: ita etiam recipiat quantitatem. ¶ Responsio dicendum q sicut precedenti pblē mate duplex dicitur qualitas intentionis. Sic & in hoc intelligendum est q quantitas intentionis du pliciter potest intelligi videlicet. Aut ratione act⁹ i tendendi aut ipsius intenti. Et secundum hoc di stinguitur quantitas intentiōis dupliciter. Aut ra tione actus intendendi: aut ratione ipsius intenti. Et secundum hoc distinguitur ista locutio duplici ter. q̄tum intendis: tantum facis. Quia tm̄ & q̄tū possunt eē nomina vel aduerbia. Si aduerbia tūc dicunt quantitatem actus intendēdi: & tunc est lo/ cutio vera generaliter siue respectu bonoꝝ siue re/ spectu maloꝝ: qz quantum actus intendendi est intensus in bonitate & malicia: tantum operatio ex terior est bona vel mala. Omne enim meritum & demeritum ad actum voluntatis reducitur. lz cir/ cunstantie exteriores aliquo modo faciāt ad malo rem volūtatis depravationē. Si autem q̄tum & tā tum sunt nomina tunc dicunt quantitatem ex par/ te intenti: & sic non est generaliter verus ille sermo quia opus exterius factum non semp cōmensurat ei quod intentio intendit. Frequenter enim inten/ dit hoc facere magnum bonum & facit paruuz: qz modicam habet charitatem. Habet tamen aliquo modo veritatem in malis: videlicet intendendo li cet non diminuendo & prout tantum & quantuz di cūt quandam comparationem proportionis non cōmensurationem equalitatis. Unde qui intendit multum peccare multum peccat: qualecūq; opus faciat. Non tamen qui intendit parum peccare pa rum peccat: maxime si opus facit quod multū ha/ bet de desormitate. Et sic patet responsio. De boni tate operū q̄tum ad necessitatem.

Tertio q̄rit. Utꝝ vz itētio absq; bonis ope/ rib⁹ sufficiat ad vitā eternā. H̄ ē q̄rē. Utꝝ itētio & volūtas interior sufficiat ad meritum absq; ope exteriori. ¶ Rñ⁹ distinguēdū ē. Aut. n. ille qui hz intentionem habet facultatē bene ope/

randi aut nõ. Si nõ h3 facultatem cũ nemo obligetur ad impossibile: si bonã h3 voluntatẽ & directaz intentionẽ: tũc sola plenitudo võlũtatis iterne sufficit ad meritũ absq3 opere exteriori vite eterne: si aũt assit facultas & se offert opoztunitas: intẽtio nõ põt ad meritu3 sufficere absq3 opere. Ratio autem huius est diuini mãdati obligatio: & virtutis perfectio: & volũtatis plenitudo. vñ Gre. Nemo debet sibi blãdiri de bona volũtate: imo ad dilectionẽ conditozis lingua mens & manus requirit. p͡c Joã. i. Diligere debemus nõ solũ verbo & lingua: sed opere & virtute. Cũ igit adest facultas & se offert opoztunitas absq3 operibus exterioribus nõ est mãdatorũ dei impletio nec virtutis perfectio: nec voluntatis plenitudo & absq3 his nõ est sufficientia meriti: hinc est q̃ ad meritũ vite eterne nõ sufficit bonitas intentionis absq3 bonitate operis exterioris.

Quarto querit. Utru3 opera exteriora aliquid addant supra bonã intentionẽ rõne sue excellentie & dignitatis: sicut sunt opera priuilegiata. ¶ Rñsio dicẽdu3 q̃ maius bonũ põt aliqd dici dupliciter. Aut intẽsiue vtpote q2 plus deo placet. Aut extẽsiue: vtpote q2 pluribus prodest & f̃m hoc dupliciciter potest itelligi q̃ opus priuilegiatũ addat ad bonitatẽ intentionis: Aut q̃tum ad primoꝝ edificationẽ: aut q̃tu3 ad dei approbationẽ. Et primo mõ attẽdit augmentũ q̃tum ad exẽplũ. secũdo modo q̃tũ ad meritũ. Si igit loq̃mur de additione q̃tum ad exemplum sic absq3 dubio opus priuilegiatu3 addit ad bonitatẽ intẽtionis: q2 bonitas intẽtionis nõ l3 exterius nisi per ostẽsionẽ bonoꝝ operũ & maxime priuilegiatorũ. Si aũt loquamur secũdo mõ. s. q̃tu3 ad additionẽ que attẽdit q̃tum ad meritũ. Sic distinguendũ est q̃ est loqui de merito respectu p̃mij substãtialis & respectu premij accidẽtalis. Respectũ premij accñtalis opus priuilegiatũ addit supra bonã intẽtionẽ & volũtatẽ. q2 premiũ accidẽtale qd̃ ẽ aureola nõ debet volũtati f̃m se: sed volũtati i ope re. Si aũt loq̃mur de merito respectu p̃mij substantialis adhuc opoztet subdistinguere: q2 est meritu3 cõgrui & est meritũ cõdigni. Quantũ ad meritum cõgrui absq3 dubio opus priuilegiatu3 addit supra bonitatẽ intẽtionis pro eo q̃ volũtas in illo opere preparat & disponit ad susceptionẽ maioris gratie per quã digna est maiori retributione. Si aute3 loquamur de merito cõdigni sic absq3 dubio nõ addit pro eo q̃ quãtitas meriti cõdigni pẽsat ex quantitate radicis: & tñ placet deo quis qui h3 voluntatẽ plenã & nõ põt habere opus q̃tum ille qui h3 voluntatẽ & opus q̃tum ad essentialis premij retributionẽ si sunt in equali charitate. Et sic patet q̃ opus priuilegiatũ ratione dignitatis sue aliquid addit supra bonitatem intentionis. Licet non addat omni modo additionis. Et sic p3 responsio.

Quinto queritur. Utrũ bona opera supra bonam intentionẽ addant q̃tu3 ad quantitatẽ dati. ¶ Responsio. Notandũ q̃ de quãtitate dati est loqui dupliciter. Aut cõparando datum ad datũ solu3. Aut cõparando hec ad inuicẽ & ad dãtis facultatẽ. Primo modo loq̃ndo maior quãtitas dati aliquid addit ad bonitatẽ intentionis: non quãtũ respectu premij essentialis directe: sed qa aliquo mõ disponit hominẽ ad p̃ficiendũ in bono & ad recedendũ a malo. Qui enĩ3 maius munus tribuit vt sibi faciat amicũ de mãmona iniquitatis magis recipiẽtẽ obligat ad orandũ pro se & quodãmodo in obligãdo illũ obligat deũ: & ideo plus se disponit ad gratiã q̃ ille qui dat minus munus. Similiter plus se disponit ad recedendũ a malo: quia in hoc q̃ facit maiore3 elemosynã absolui meret a maiori pena: f̃m q̃ d2 Luc. xj. Date elemosynã & oia mũda sunt vobis. Et Thobie. xij. Elemosyna a morte liberat. Et Daniel. 4. Peccata tua elemosynis redime. Similiter si cõparemus quãtitates datoru3 in cõparatione ad facultatẽ dantiu3: maioz quãtitas non addit quantũ ad meritũ p̃mij substantialis directe sed q̃dãmodo dispositiue vel quia disponẽdo ad charitatẽ disponit ad maiorẽ gloziã: vel q2 eripiendo a malo celerius facit hoiem pertingere ad coronam. Secũdũ. n. diuersas cõditiones vnum datu3 plus promouet q̃ reliquũ. Uñ dñs dixit. q̃ vidua plus miserat in gazophilaciũ q̃ oẽs diuites: qa totũ victũ suũ posuerat: & tũc se hñt: sicut excedentia & excessa. Maioz. n. q̃titas dati plus valet ad euadendũ penã: quia sicut d2 Prouer. xiij. Redẽptio anime viri sunt proprie diuitie. Maioz vero quantitas dati f̃m facultatem dantis plus valet ad acq̃rendã gratiã pro eo q̃ talis se magis disponit ad perfectionem beatitudinis scilicet paupertatis. & per hoc patet responsio.

Sexto queritur. Utrũ bonitas operũ addat ad bone intẽtionis meritũ quantũ ad numerositatem. Et ẽ questio talis. ¶ Utrũ bonũ opus additũ operi reddat operantẽ dignũ maiori p̃mio eẽntiali. ¶ Rñsio. Notandum q̃ proficere in merito vel ad meritum potest esse duobus modis f̃m duplicem differentiam premij. Quoddã est premiũ substantiale: & qd̃ quidẽ cõsistit in visione & fruitione dei qd̃ ideo dicitur premium substantiale q2 fundamentũ & substantia totius nostre beatitudinis est deus: & illo p̃fecte habito: perfecta est in nobis beatitudo. Aliud vero est premium accidentale quod quidem consistit in gaudio quod habetur de bono creato vel deliberatione ab aliquo malo. Accipiendo meritum respectu premij substantialis contingit dicere qd̃ aliquid valet ad profectum meriti tripliciter. Aut q2 per illud meretur homo maiorem gloriam & h̃ modo maior charitas vel melior volũtas facit ad profectum meriti. Aut quia disponit ad merendũ maiorem gloriam: & talia sunt opera perfectionis que dicuntur facere ad meriti profectum. Aut q2 conferuat

ꝯferunt illud per quod meref hō gloriā: ⁊ sic omnia bona opera proficiunt ad meritum: q: in ipsis exercetur charitas ⁊ operatur: conseruat ⁊ radicatur vt homo finaliter perseueret in illa. Et hoc non est paruū q: quicquid homo faciat non saluaf nisi finaliter perseueret. Et sic pꝫ ꝙ operū multiplicatio quoddāmodo vꝫ ad profectū in merito respectu premij substantialis. Et hoc dico disponendo ⁊ conseruando non aūt merendo maiorem gloriā ex condigno. Sīlr ad profectuꝫ maioris premij accidentalis potest aliquid valere tripliciter. Aut ratione adeptionis aureole. Et sic opa substantialis excellentie faciūt ad profectum meriti voluntatis bone. Aut rōne adeptionis alicuius delectationis interne: ⁊ sic oia opera que fiūt ex gratia quoddāmodo valent ad profectū premij accñtalis: q: ꝫm ꝙ hō plura bona facit opera: ꝫm hoc de pluribus iocundatur in ꝯscia sua. Aut rōne diminutionis pene: ⁊ sic opera difficilia ⁊ penalia faciunt ad profectum meriti ⁊ addunt ad meritum bone voluntatis: q: remissionem alicuius pene meref hō ex voluntate cū ope quā non meref ex sola volūtate.

Circa quadragesimā primā distinctionē queritur. Cū actio deliberatiua diuidat in bonum ⁊ malum. ¶ Utrū diuidatur tāq̄ per dr̄ias oppositas. ¶ Rñsio. Notandū ꝙ actio deliberatiua nata est habere duplicē bonitatem. scꝫ Bonitatem nature inq̄ntum est actio procedens ab aliqua virtute. Et bonitatem moris inq̄ntum est pcedens a libero arbitrio siue a voluntate. ¶ Cum ergo q̄ritur. vtrum bonitas ⁊ malitia circa actionem habeant repugnantiā: ita ꝙ ipsam diuidant tanquā mēbra opposita. Dōm ꝙ hoc non est verum ꝺ bono prout dicif a bonitate essentiali vel naturali: sic .n. bonum non est dr̄ia actionis: imo conuertitur cum ente ⁊ reperitur in omni actioni. Prout autē bonū dicif a bonitate moris: sic est diuisiua dr̄ia actionis: pro eo ꝙ bonum moris in triplici dr̄ia est. Quoddam .n. est bonum in genere. Quoddaꝫ ex circūstantia. Quoddam vero bonum perfectuꝫ siue principale: siue ꝫm se bonū. Et quelibet harum differentiaꝝ hꝫ differētiā mali sibi ex opposito respondentē. Nam bono in genere opponitur malum in genere. bonum ex circunstantia opponitur malum ex circūstantia. Et bono simpliciter siue ꝫm se opponitur malum ꝫm se siue demeritoriuꝫ. Horum aūt exempla sunt manifesta. Sic igitur actio procedens a voluntate deliberatiua diuidi habet p actionē bonā ⁊ malā: non solū per dr̄ias tāq̄ disperatas: sed ēt directe oppositas.

Secundo queritur. ¶ Utrum hec diuisio sit per dr̄ias essentiales aut p accidentales. ¶ Responsio. Notandū ꝙ idem est querere. Utruꝫ hec diuisio. Actionū alia bona alia mala sit per differētias essentiales. Quod est querere. Utrū bonitas ⁊ malitia sint proprietates vel conditiones essentiales actionis volūtarie. Licet istud aliquo modo videatur concedi posse ei qui sustinet illaꝫ opinionē ꝙ non ois actio a deo est. Tamen ꝫm illam opinionem que cōiter sustinef ꝙ ois actio a deo est: ⁊ ꝫm id quod naturaliter est bona est. concedi nō debet nec pōt rationabiliter sustineri ꝙ malitia essentialis sit actioni cū potius dicat defectuꝫ circūstantie alicuius qui accidebat actioni. Si .n. nō accideret non posset priuari actione manēte. Attendenduꝫ tm̄ est ꝙ malitia tripliciter contingit comparari ad actionem. Aut ꝫm ꝙ est actio. aut ꝫm ꝙ est hec actio. aut ꝫm ꝙ est talis actio. Si comparef malitia ad actionem ꝫm ꝙ actio sic tꝫ rōnem accidentis separabilis ⁊ cōis. Rōnes accidentis separabilis tꝫ in hoc ꝙ actio q̄ consueuit fieri cum culpa pōt causa aliqua interueniente fieri absq̄ culpa. Rōnem vero accidentis cōis tenet: q: circa actionem eiusdem speciei contingit malitiaꝫ in aliquibus inuenire: in aliquibus vero non sicut aliquis predicādo fidem xp̄i ex vana gloria peccat: alius vero meretur. Si competur malicia ad actionem ꝫm ꝙ est actio: sic tꝫ rōnem accidentis inseparabilis ⁊ proprij. Rōnem tꝫ accidentis inseparabilis in hoc ꝙ illa actio que est mala eadē numero nec potest vlterius esse bona. Sed rōnem tꝫ accidētis proprij aliquando: lꝫ non semper in hoc ꝙ illa malitia ortuꝫ hꝫ ex pprietatibus agentis ⁊ patientis: ex quaruꝫ cōparatiōe necessario surgit inordinatio. sicut pꝫ cum filius cognoscit matreꝫ vel cū homo blasphemat deum. Si vero compararetur malitia ad actionem ꝫm ꝙ talis est sic potest habere rōneꝫ differētie essentialis actioni male ꝫm ꝙ mala. Et quoniā quedā sunt noīa que imponuntur actionibus nō ꝫm ꝙ sunt actiones tm̄: sed ꝫm ꝙ sunt deformes hinc est ꝙ talia mox noīata coniuncta sunt malo. Et sicut castitas ponitur in genere boni essentialiter: sic adulterium ⁊ mendacium ponitur in genere mali essentialiter.

Tertio querit. ¶ Utrū diuisio actionis deliberatiue p bona ⁊ mala sit per dr̄ias immediatas an sit ponere p dr̄iam tertiam videlꝫ actionē indifferentē. ¶ Responsio. Dicendū ꝙ cum queritur. Utrū actio diuidatur per bonum ⁊ malū tanq̄ per dr̄ias immediatas: est qō de actione voluntatis deliberatiue: ꝫm ꝙ deliberatiua est. Illa .n. est que diuiditur per bonum ⁊ maluꝫ. Notandū ꝙ in operibus voluntatis deliberatiue est ponere mediuꝫ inter malitiā ⁊ bonitatem. Nam quedā actio a volūtate ꝺ libera ratiua procedens est ordinata ad finē debitum scꝫ ad deum ⁊ hec quidē est bona: ⁊ si fit ex charitate est meritoria vite eterne merito condigni. Si autē fiat extra charitatem meritoria merito congrui. Quedam vero actio deliberatiua ex voluntate procedens est non ordinata ad deum tanq̄ ad finem:

et hec est diuisio per imediata. sed non ois actio non ordinata ad deuʒ tanq̄ ad finē est mala. Quedam non ordinatur propter inordinatam conuersionem ad creaturā. Quedam vero nō ordinatur ꝓpter operantis negligentiam. Quedam vͦo non ordinatur propter operantis infirmitatem ⁊ miseriam. ¶ Prima differentia actionis nō ordinate est mala malitia cōmissionis. Scđa obmissionis. Tertia vero neutro modo est mala sed indifferēs. Talis autem actio est qñ quis facit aliquam operationem ita ꝙ circa creaturam non afficitur inordinate: nec tñ illam operationem cōparat ad deuʒ: sʒ facit propter aliquem finē qui respicit indigentiā nature vt cum quis ambulat vt recreet͛: vel comedit vt reficiatur talis actio indifferens iudicat͛: q: deus nec illam remunerat nec imputat in culpam ⁊ hoc q: in tali actione non est malitia cōmissiōis: q: non est inordinata dilectio: nec etiam obmissionis: non. n. semper obmittit homo qñ actiones suas non refert in deum. Indulgetur. n. nature fragili ⁊ infirme vt multa possit talia facere: nec deus requirit ab homine in tali statu distractionis ⁊ miserie ꝙ omnia que facit referat ad se: reqrit tamen aliqñ quando est locus ⁊ tempus: ⁊ tunc si homo non referat obmittendo peccat: pʒ ergo ꝙ diuisio actionis per bonam ⁊ malā non est per differētias imediatas: pro eo ꝙ inter has dr̄ias contingit reperiri medium: siue actio consideretur ſm genus operis. siue respectu operantis.

Quarto querit.

¶ Utrum oīe peccatum actuale sit voluntarium. ¶ Responsio. Dicendū ꝙ voluntariū potest dici aliquid tripliciter. Aut volūtate aliena. aut voluntate propria. aut partim volūtate aliena ⁊ partim voluntate propria. Et ſm triplicem hunc modum dicendi voluntariū triplex est differentia peccati. Peccatum namque originale voluntarium est: sed non voluntate eius in quo est: sed voluntate eius a quo scilicet ade. Adam enim voluntaria transgressione corrupit se ⁊ totam posteritatem. Uoluntarium autem voluntate propria est peccatum actuale mortale hoc quideʒ genere peccati nullus peccat nisi consentiens. Uoluntarium aūt medio modo scʒ partim volūtate propria: partim voluntate aliena est veniale peccatuʒ: illud maxime quod ɔsurgit ex repugnantia carnis ad spiritum vel corruptionis virium anime. Hoc inquā peccatum: q: partim est a voluntate aliena: partim a voluntate propria. Ideo quoddāmodo ſm Augusti. Quia homo non voluit vitare peccatū dum valuit inflictum est vt non possit dum velit. Uolūtarium inquā dicit͛ per comparationem ad voluntatem ade q: adam deliberatiue: vnde ⁊ corruptio subsecuta est ex qua oriunt͛ in nobis motus inordinati qui dicunt͛ esse peccata venialia. Uoluntariuʒ aūt voluntate propria peccantis non est esse peccatum veniale simpliciter: sed ſm quid. Illud. n. voluntarium simpliciter est a voluntate preambula ⁊ mouente. Illud autem quod orit͛ concomitāte voluntate ⁊ non prohibente vel precauente duʒ ꝑ osſit prohibere vel precauere dicit͛ voluntariū quoddāmodo siue interpretatiue pro eo ꝙ talis deordinatio voluntati imputatur: ⁊ hoc modo saltē omne peccatum veniale dicitur voluntarium: q: nemo peccat venialiter nisi cum hʒ voluntatis vsuʒ: immo etiam venialiter peccat i eo ꝙ nullo modo potest prohibere. nec etiam potuit precauere. Uenialia enim peccata ⁊ si omnia non possint precaueri ⁊ prohiberi: nullum est tñ singulare peccatuʒ quod non possit prohiberi: vel quod saltē non possit precaueri. Licet. n. aliquis sit status in quo necesse est aliquem cadere in aliquod peccatum predeterminatum: illum tñ statuʒ potuit quis precauere: ⁊ ideo si non peccauerit voluntati eius imputatur q̄uis tunc illud prohibere non possit. Patet ergo ꝙ omne actuale est voluntarium. Nam mortale est volūtarium simpliciter. Ueniale autem vel est voluntarium simpliciter: sicut illud quod fit ex deliberatione: vt mendacium iocosuʒ: vel ſm quid siue quoddammodo: sicut illud qđ fit surreptione sicut sunt primi motus hominum.

Quinto querit.

¶ Utruʒ omne peccatum sit circa volūtatem sicut circa subiectum propriū. ¶ Respōsio. Notandum ꝙ peccatum de sua ratione duo dicit. Primo dicit deordinationē siue priuationeʒ ordinis circa actum alicuius potentie. Dicit nihilominus illam deordinationem vt dignā vituperatione ⁊ punitione ⁊ q̄tum ad primū peccatum rʒ rationem vitij aliquo modo corrūpentis: q̄tum ad secundū tenet rationem culpe ⁊ demeriti. Cū autem comparamus peccatum ad subiectū propriū. Aut loquimur de ipso inq̄tum est culpa: aut inq̄tum est vitium. Si de ipso loquimur inq̄tum est culpa ⁊ demerituʒ: sic proprie ⁊ precise respicit liberum arbitrium. Quoniam. n. libero arbitrio cōmissum est regimen totius hois: si aliqua deordinatio fiat in regno totiꝰ anime ipsi libero arbitrio imputatur. Unde si oīa membra ⁊ omnes potentie in quibus deordinatio facta est traherēt in causam oīa conquererent͛ đ libero arbitrio cui subiecta sunt. Si loquamur de culpa ſm ꝙ est vitiuʒ duplr opʒ loqui. Comparat͛ auteʒ deordinatio illa ad actum alicuius potentie tanq̄ ad materiale circa qđ ⁊ tanq̄ causale a quo. Si igitur loquamur de illa deordinatione materialiter sic dico ꝙ non solum circa actum voluntatis: sed etiā circa actus aliaꝝ potentiarum anime consistit. Actus enim memorie ⁊ intelligentie: ⁊ aliarum potentiaꝝ anime subiacentium voluntati deordinari habent per diuersa peccata. Si autem loquamur de illa deordinatione causaliter. ⁊ sic omnis talis deordinatio est a voluntate. ¶ Si queratur ratio huius dicendum ꝙ est triplex. Prima quia penes voluntatem consistit

radix regiminis dominium. Secunda quia ad ipsam pertinet regiminis complementum pro eo quod ipsa aliis potentiis imperat et a nulla imperatur. Tertia quia in ipsa reperitur rectitudinis principium. Amor enim principium est rectitudinis: et obliquitatis: sicut ostendit Augustinus. Unde bonus amor est fundamentum ciuitatis dei. Et malus fundamentum ciuitatis diaboli. Et huius ratio est: quia amor est radix omnium affectionum: et tante adherentie vt transformet amantem in amatum. In obliquatione consistit bonitatis amissio: hinc est quod ab ipsa voluntate oritur omne peccatum. Patet igitur quod peccatum inquantum tenet rationem culpe voluntatem respicit vt subiectum inquantum etiam tenet rationem vitii respicit voluntatem vt principium et vt subiectum primum licet aliquo modo respiciat actus aliarum potentiarum.

Sexto queritur. ¶ Utrum sicut peccare sic etiam puniri sit voluntatis proprium. ¶ Responsio. Dicendum quod pena ratione pene duo nominat videlicet nocumentum nature et instrumentum diuine iustitie: vnum tamen materiale: reliquum tanquam formale. Unde pena et est vitio et est passio: Cum ergo pena comparatur ad aliquid. Hoc potest esse: aut inquantum vitio aut inquantum passio. Si inquantum vitio sic proprie habet comparari ad ipsam voluntatem. Deus non vlciscitur de se manu vel pede vel aliqua potentia sensitiua: sed de voluntate deliberatiua de qua vlciscitur deus non solum affligendo ipsam in se: sed etiam affligendo eam in ceteris membris corporis in quibus ipsa cupiebat delectari. Sic patet igitur quod pena et inquantum est vitio: et inquantum est passio plene tenens rationem pene directe respicit ipsam voluntatem quod proprium est ipsius voluntatis puniri.

Circa quadragesimam secundam distinctionem queritur primo. ¶ Utrum peccatum voluntatis et operis sint duo peccata vel vnum. ¶ Responsio. Dicendum quod dupliciter contingit comparari peccatum operis exterioris et voluntatis interioris. Uno modo prout ista duo coniuncta sunt et ordinata: ita quod vnum est ex altero: et sic voluntas interior cum actu exteriori non facit diuersa peccata pro eo quod vnus est ibi contemptus et vna auersio et vna conuersio. Uoluntas enim est que contemnendo conuertitur vnum ad bonum commutabile conuertitur: non solum quantum ad actum proprium: sed etiam quantum ad actum inferioris potentie qui ei subiicitur. Quia igitur peccatum secundum quod huiusmodi dicit deordinationem per contemptum et auersionem a deo et conuersionem ad creaturam. Hinc est quod cum ibi sit vna deordinatio. patet quod peccatum voluntatis et operis vnum est loquendo formaliter prout illa coniuncta sunt. Licet autem vna sit ibi ratio deordinandi: plura tamen sunt ibi deordinata: et ideo quamuis peccatum ibi vnum sit formaliter: plura tamen sunt ibi materialiter. Si autem comparemus voluntatem interiorem ad opus exterius prout separata sunt: ita quod vnus peccet voluntatem tantum: alius peccet voluntate et opere sic peccatum voluntatis et operis sunt diuersa peccata: non solum materialiter: verumetiam formaliter pro eo quod actus voluntatis in quo consistit prima ratio deordinandi numeratur et est alius et alius. Hoc autem modo non querit magister in littera. Uerum voluntas interior et actio exterior sint diuersa peccata. Hoc enim non est dubium quod diuersis peccatis peccat quis si vna vice tantum velit malum: alia vice velit et perficiat. sed de hoc querit. Utrum voluntas interior et actio exterior sint diuersa peccata: secundum quod vnum ab altero procedit et vnum alteri coniungitur. Et ad hoc respondendum quod quamuis sint plura opera culpabilia et plura deordinata. tamen quia vna est ratio deordinandi: et vnus est ibi actus voluntatis nec alter est culpabilis nisi propter illum vnum est ibi peccatum. Et huic modo dicendi magis concordat magister in littera respondens obiectionibus que fiunt pro parte altera. Et recte facit in hoc quia quamuis aliquid posset dici numerari ex quadam improprietate solummodo ex parte principii materialis: tamen proprie loquendo non numeratur aliquid ex parte principii materialis nisi quia cum numeratione ex parte principii materialis concurrit numeratio ex parte formalis: sicut albedo numeratur in duobus hominibus albis. Non sic autem est in proposito. Et ideo rationes ostendunt scilicet voluntatem interiorem et actionem exteriorem esse vnum peccatum.

Secundo queritur. ¶ Utrum peccatum operis addat super peccatum voluntatis. ¶ Responsio. Dicendum quod cum queritur vtrum opus addat aliquid ad malitiam voluntatis: hoc dupliciter potest intelligi. Uno modo respectu voluntatis que potest in opus procedere: sed tamen non procedit: quia omnino non plene vult et respectu talis absque dubio malitia operis addit. Cum enim peccatum consummatur in opere tunc est plenior consensus: et non solum modo dicitur manducare mulier sed etiam vir: et ideo peccatum tunc maius et grauius est ratione maioris conuersionis et etiam auersionis. Alio modo potest intelligi respectu voluntatis que quidem in opus non procedit: non quia velit: sed quia non potest. Et tunc mouetur ista questio cum vtrobique sit plena voluntas. Utrum grauius peccet qui vult et non potest: aut qui vult et facit. esto quod vterque moueatur ex equali amore. Hoc igitur modo questione intellecta respondendum est quod vnum peccatum dicitur esse maius altero tripliciter. Aut ratione maioris contemptus dei. Aut ratione maioris libidinis siue delectationis. Aut ratione maioris damnificationis. Primo modo loquendo opus

non addit ad iniquitatē volūtatis: q2 voluntas plena a deo auertit p se: sicut cuz est operi coniuncta. Quantū vero ad delectationē siue libidinē addit & aggrauat: maxime q̄tuz ad genus peccati carnalis. quo quidez peccat hō in seipso. Similiter quātum ad damnificationē addit: & hoc maxime quātum ad genus peccati quo quis peccat in primū. Quantumcūq; enim aliquis cum velit fornicari: nunq̄ delectat sicut qñ voluntas coniungit actui. Similiter quantūcunq; velit aliquis alteꝝ occidere: non tm̄ facit damnum q̄tum si actu occideret. Et qm̄ deus iudex iustus in puniendo non tm̄ considerat in peccato magnitudinē contemptus: sed etiā magnitudinē delectationis & magnitudinem damnificationis & hinc est q aliquo modo opus addit ad nequitiam voluntatis.

Tertio queritur.

Utrum veniale & mortale conueniant in auersione. ¶ Rñsio. Dicēdū q absq; dubio peccatū veniale non cōmunicat cū mortali in auersione ꝫm q auersio dr̄ ppꝛie: importat enim dei contemptum: & contemptus dei iram meref & mortē. Peccatum aūt quo quis meref iram & mortem nō debet dici veniale imo potius mortale: & pptera cōmuniter tenef q auersio ppꝛie loquendo reperitur in peccato mortali nō veniali. Et istud melius pȝ si modum attendamus p quem hō dr̄ auerti a deo & contemnere deū cōmittēdo ad qd̄ peccatum in quo nihil cogitat de deo. Aut enim auertit hō a deo q2 facit cōtra diuinū mandatū. Aut q2 ponit sibi bonū creatum tanq̄ finem vltimū. In hoc nāq; q facit cōtra diuinum mandatū recte a deo auertitur q2 mandatū est via recte pueniēdi ad deum. q igitur facit contra mandatuȝ incedit directe via cōtraria. Ideo quasi faciez suam retrorsum cōuertēs tergum vertit ad illū in quem debebat per mandatum tendere. Similiter cum statuit sibi creaturam tanq̄ finem vltimuȝ: recte dr̄ a deo auerti. Anima enim media est inter creaturam & deum in q̄tum est imago dei. Dū ergo ad creaturam se tanq̄ ad finem conuertit: faciem suam que debebat esse sursum versa deorsum inclinat: & iō se auertit a deo. Et vtroq; dictorum modorum auersio non est sine contemptu. nam q mandatum dei trāsgredit contemnit mandantem. Ueniale peccatū nec est directe contra dei mādatū nec statuit creaturam tanq̄ finem vltimum & iō nō est in eo nec auersio nec cōtemptus. Sed q2 veniale sit preter dei mandatuȝ. in veniali peccato creatura non referf in deuȝ. hic est q per veniale quodāmodo recedit homo a via mandandi quodāmodo etiam moro se adheret ei per quod deberet trāsire. Unde & i veniali est quedam elongatio & quedam retardatio.

Queritur quarto.

Utrū veniale cōueniat cum mortali in reatu pene eterne. ¶ Respondeo. Notāduȝ q sicut fides nostra dicit peccato mortali debetur pena eterna. Quare autem peccato mortali debetur pena eterna multiplex cōsuevit assignari ratio ad presens sufficit vna scilicet dum homo peccat mortaliter separat se a via gratie subicit se perpetue impotentie exeundi de culpa q̄tum est de se. Nemo enim potest a culpa mortali resurgere nisi per creationem & infusionem noue gratie & noue vite. & propterea ratione istius impotentie peccato mortali annexa est obligatio ad eternitatem pene. Hec aūt pena eterna & si omni peccato mortali debetur non tamen omni persoluitur: q2 q̄uis mortale peccatum reddat hominez impotentem ad resurgendum per seipsum contingit tamen hominē releuari per diuinum auxiliū. Debetur igitur peccato mortali pena eterna: q2 separat hominez a vita: persoluitur autem pena eterna in eo q tenet hominem in eternum separatum a vita. Quoniā igitur veniale peccatum nec separat hominem a vita: quia non excludit gratiam nec tenet hominem perpetuū separatuȝ a vita. Hinc est q peccatum veniale nec de se obligat ad penaȝ eternam: nec ei ꝫ se redditur pena eterna. Quia vero peccatum veniale coniungi habet ei qd̄ separat a vita. Hic est q ratione adiuncti pena ei debetur: & pena eterna psoluitur si decedat cum mortali simul & cum veniali. Et ratio huius est q2 nullum peccatum deleri potest absq; gratia: & q̄diu durat culpa durare debet & pena. Nihilominus tamen ei q̄tum est de se debetur pena temporalis cum simul possit stare cum gratia: & propterea veniale nominatur vt in hoc distinguaf a genere peccati mortalis q2 mortale auffert principium vite & venie videlicet ipsam gratiaȝ. Ueniale autem q̄tum est de se non auffert: imo simul cum illa manet ergo patet q peccato veniali non debef pena eterna: nisi ratione coniūctionis.

Queritur quinto.

Utrum peccatuȝ diuidi habeat p differentias materiales tantum: an etiam per formales. ¶ Respondeo. Dicendum q dupliciter cōtingit loqui de peccato. Aut in concretione. aut in abstractione. Si in abstractione sic dicendūȝ est q quēadmodum peccatum cum sit priuatio non habet ordinari nisi per accidens scilicet per comparationem ad suum oppositum: sic etiam non habet formaliter distingui nisi rōne sui oppositi: puationes distinguūtur enim per habitus. Uñ sicut castitas & fortitudo sunt virtutes formalr differētes in genere virtutis. Sic ēt luxuria & pusillanimitas q̄ opposita sunt istaꝝ duaꝝ virtutum formalr dicuntur differre in genere vitioꝝ. nō tm̄ ꝫm formā suā ꝫ ꝫ ꝫ formā sui oppositi. Si aūt loquamur de pctō in cōcretiōe sic nō tm̄ dicit puationē ꝫ ēt actū vel habitū substractū: & qm̄ actꝰ vel hitus substractꝰ pctō nō tm̄modo diuersificat mālīter imo ēt formalī differētia. alia eni est pnitas ad luxuriā. alia pnitas ad supbiaȝ: & alius actꝰ quo supbit aliqs & alius quo luxuriatur. nō tm̄modo ꝫm materiam sed ꝫm formam

mĩ pp formalem differentiã obiectorũ. Hinc est q peccatum ſm q concretiue accipit diuidi habz per dr̃ias nõ tm̃ materiales verũetiã formales. For males dico nõ respectu deformitatis: sed respectu habiti vel actus subtracti.

Queritur sexto. Utrum peccatum habeat diuidi per auersionem et conuersionẽ tanq̃ per diuersas pec catorũ differentias siue per diuersa peccata. ℂ Re spondeo. Dicendum q auersio dupliciter capitur: Uno modo prout dicit deordinationem circa actũ conuersionis. Alio modo prout dicit actum a con uersione distinctum. Primo modo conuersio non ponit in numerum cũ auersione: nec faciũt diuer sa peccata. immo ille duo essentialiter claudũtur in omni peccato mortali. Nã conuersio non est cul pa nisi quia inordinata: nec est inordinata q̃ auer titur homo a deo cui deberet inherẽ tanq̃ vltimo. et hec auersio est a peccato in cuius perpetratione peccator nihil cogitat de deo. ℂ Secundo modo scilicet prout auersio dicit actum distinctum cõtra conuersionem sic cõstituit diuersum peccati genus. Hoc enim modo auerti est odio habere vel inuide re: sicut supra dixit magister distinctione q̃nta. Et constat q aliud genus peccati est odire deũ: et aliud amare cõmutabile bonum. Et quoniam vt plimũ auersio in peccato accipitur tam prout dicit deordi nationem a deo tanq̃ a fine: q̃ prout dicit motum inordinatum contra deum. Hinc est q conuersio et auersio potius comparantur ad peccatuz sicut dif ferentie constituentes q̃ sicut differentie diuiden tes. Et ideo concedendum q hoc modo auersio et conuersio non faciunt diuersa peccata: sed quia sũt diuerse radices cõcurrẽtes ad cõpletionẽ vni⁹ pcti.

exhibita loco cōplementi:qꝛ nunꝙ est latria cōple ta nec pfecta nisi deo exhibita. ℂ Latria est sūma veneratio potentialis. Cultus reuerentia honoꝛ. Ista tria sunt idē in pposito. ℂ Et nota ꝙ latria in greco hꝫ tria noīa. scꝫ. theosebia:eusebia. In latino vocaꝛ aūt religio seruitus ⁊ pietas. ℂ Religio ſm Tulliū ē que supioꝛis cuiusdā nāe quā diuinā vocant cultū cerimoniāqꝫ affert: ⁊ a tali religione dicunꝛ oēs xpiani religiosi:de religiōe xpiana cu ius religionis xpūs ē sūmus pfiarcha. Dr ēt seruitus simplr ⁊ antonomatice:qꝛ ipse deus sicut ē su premus dñs: sic est sibi corrndens sūma seruitus qua dr latria de qua seruitute dicit saluatoꝛ. Math thei. iiij. Et Deutero. vij. Soli deo dulies. ℂ Dr ēt pietas inquantū tendit in deū sūmū bonū: qꝛ ē pr oium summus. ℂ Et p istis ponit talis ppō. Pri ma nulla creatura ſm se ⁊ absolute psiderata ē ditficanda seu adoranda adoratione latrie. Patet ex predictis in diffinitiōe latrie. ℂ Coꝛrelariū. Nul la imago cuiuscūqꝫ sci ēt ipsius xpi est adoranda adoratione latrie. Et pbaꝛ de imagine p̄ antiquos doctores q dicunt ꝙ crux inquātū ē signū xpi cru cifixi adoraꝛ eadē adoratiōe qua ipse xpūs in se ado ratꝛ:ita ꝙ nō ē nisi vnus ⁊ idē motus ad imaginē ⁊ imaginatū. ℂ Cōtra h̄ arguiꝛ sic:qꝛ illa hitudo que ē signi ad signatū ē vera creatura. Non enim est aliud ꝙ relatio vel realis vel rōnis que ē i ipsa cruce. ⁊ per pñs ē creatura. ⁊ sic non est adoranda adoratione latrie. Itē si crux esset adoranda rōne illius relationis latrie:sequiꝛ ꝙ btā virgo eēt ma gis adoratione latrie adoranda:pꝫ pñtia:qꝛ beata virgo maioꝛē hūit hitudinē ad filiū suū q est xpūs deus ⁊ hō ꝙ hēat crux. Ipsa enim maternitas est maioꝛ hitudo ꝙ sit hitudo signi ad signatū. Itē si talis hitudo eēt rō adorandi crucē:seqꝛ ꝙ accn tia in sacro altaris essent adoranda tali adoratiōe: pꝫ:qꝛ illa accntia sūt vere sacrm̄:⁊ signū coꝛpoꝛis xpi deitati vniti: ⁊ sub illis ē in pñtia ppria sicut est in celo qua nō est i imagine crucis. Et clarū est ꝙ nullo mō dēnt adorari cū sint pure creature: sꝫ ipse deus sub illis spēbus ɔtentus adoraꝛ: ꝙ crux inquātū repñtat xpm non est adoranda adoratiōe latrie. ℂ Scdm coꝛrelariū. Imagines scō ad repñ tandū pꝛem in diuinis vel spm̄scm quo ad deitatē nullo honoꝛe sunt venerande nec adorande ado ratione latrie: sed potius sunt destruēde qꝛ qcqd est impiū dꝫ destrui in ecclesia. Sed iste imagines facte ad repñtandū pꝛem vel spm̄scm in diuinis sunt maxime ipietatis:ergo sunt penitus destruē de. Uñ Damascenus in quarto. Insipientie maxi me ⁊ impietatis ē figurare qd diuinū ē. Unde vt ibidē dicit añ incarnationē xpi vt in veteri testō nullo mō licitū fuit figurare aliqbus imaginibus aliquā diuinarū psonarū. Sꝫ postꝙ dei filius hu manā nām sibi vniuit:licitū ē ipsum tm̄ figurari. Itē qcqd ē signū falsum ⁊ erronee figuratū dꝫ re pelli ⁊ destrui in lege veritatis: sed iste imagines predicte sunt signa falsa:ergo ⁊c. minoꝛ pꝫ. Illud ē signū falsum qd aliter repñtat signatū ꝙ sit in rei ve ritate: sed predicte imagines false ⁊ erronee repñ tant pꝛem ⁊ spm̄scm aliter ꝙ sunt in veritate qꝛ re pñtant ipsum pꝛem vt antiquū barbatū:⁊ spm̄scm vt colūbā qd est falsum:⁊ impiū credere. ℂ Si di cas ꝙ spūssanctus apparuit in specie colūbe. Dico tñ ꝙ non assumpsit spūs ipsā colūbā vel linguas igneas in vnitate hypostatica: iō spūsscūs nunꝙ fuit colūba. Preterea ipsa colūba non repñtabat spm̄scm in se sicut in psona sua:sed solū repñtabat aliquē effectū scm vel faciēdū a spūscō approꝑria te:⁊ sic de alijs. Si dicas ꝙ licitū ē spm̄scm depin gere in spē colūbe:qꝛ in eo apparuit:quereꝛ quare non depingiꝛ sub spē ignis vel flatus ⁊c. ℂ Itē oē qd est puocatiuū ad idolatriā est destruendū ⁊ abolendū:sed hmōi imagines sunt puocatiue ad idolatriā:ergo ⁊c. maioꝛ est nota: minoꝛ pbaꝛ. qꝛ clarū ē ꝙ hec imagines que in ecclesia depingunꝛ sunt pp laicos simplices tantūmō sed vident sim plices hmōi imagines predictas iudicātes credūt pꝛem ⁊ spm̄scm esse tales in se. ergo ⁊c. ℂ Tertiū coꝛrelariū. Uirgo gloriosa mr dei non est adoran da adoratione latrie pꝫ:qꝛ solus deus est tali ado ratione adorandus:ergo ⁊c. ℂ Quartū. Crux xpi in qua passus est xpūs non est veneranda adoratio ne latrie. pꝫ:qꝛ nec inquātū est res in se nec inquā tū repñtat xpm:nec inquantū tetigit sacratissima xpi mēbra:nec inꝙtū in ea xpūs exercuit mysteriū nre redēptionis. ergo ⁊c. Primo mō nō: qꝛ sic est pura creatura ⁊ lignū. Nec scdo mō. qꝛ illa relatio signi ad signatū est sola creatura. nec tertio mō qꝛ constat ꝙ multe res alie vt fuerunt manus crucifi gentiū ⁊ sepelientiū ipsum ⁊ maria magdalena te tigerunt eū. ⁊ sup oēs sua mr dignissima verius ipsū ⁊ psectius ⁊ diutius tetigit poꝛtauit ⁊ freqn ter osculata est sanctissimis eū labijs. Et tñ hoc nō obstante ipsa non dꝫ adorari latria. ergo ⁊c. Item nunquid ipse demon poꝛtauit eum super montē excelsum. Nec quarto modo constat ergo ꝙ non solū exercuit redēptionē humani generis in cru ce:verū ēt pꝛicipalius in sui sanguinis benedicti effusione qui tñ separatus a coꝛpoꝛe ⁊ a diuinitate nō fuit nec est adorād⁹ adoratiōe latrie. ergo nec crux. ergo ⁊c. Itē planū est ꝙ pꝛincipalissime redē ptionem humani generis in sua benedicta huma nitate exercuit: ⁊ tñ constat ꝙ si a diuinitate esset separata non esset adoranda latria. vt dicit Aug. ⁊ hr in lfa. Et dicunt cōiter oēs doctores. ergo mul to minus ipsa crux. ℂ Nota ꝙ cū crucē adoram⁹ ipā xpꝫ adoram⁹:ita ꝙ loco crucis itelligiꝛ eē xpūs qsi cōcretū loco abstracti vbi ibi. O crux aue spes vnica ⁊c. sensus est. O xpe crucifixe. ℂ Nota ꝙ sanguis xpi verus ⁊ nō tm̄ miraculosus qui remā sit super terram post resurrectionē non est adoran dus adoratione latrie. Ille dr sanguis xpi verus qui aliqñ fuit in coꝛpoꝛe xpi ⁊ vnitus diuinitati

aliqñ fuit. Q autē non sit adorandus: pʒ: qꝛ talis sanguis non est vnitus diuinitati: ergo ꝛc. Sanguis aūt xp̄i qui est in altari post ↄ̄secrationem est adorandus latria: eo ꝙ est vnitus diuinitati sicut corpus xp̄i. Sanguis aūt xp̄i miraculosus qui scʒ nūꝙ̄ fuit vnitus xp̄o sed de nouo a deo ē creatus. vt Parisius dr̄ esse qui effusus ab vna hostia gladio p quēdā iudeuʒ vulnerata: tal.s inꝙ̄ sanguis non est adorandus nec venerandus tanta veneratione quāta sanguis qui semel vnitus est christo. ¶ Adorare xp̄ʒ Rabanū. Est eū qui est adorādus tota mentis intentione querere. Uñ ista differunt scʒ orare. adorare: colere. Orare siue oratio ē quedam eleuatio mētis in deū per cognitionē ꝛ amorem. Adorare aūt vltra hoc addit ꝙ queramus deum tota intentione. Querere credendo ꝛ firmissime sentiendo ipsum hr̄e sūmā bonitatē: ꝛ ab ipso oē bonuʒ emanare: ꝛ sine ipso nihil boni pōt hr̄i. Colere dicit oīa p̄dicta addendo cerimonias exteriores: vt sunt genuflexiones sacrificia. ꝛc. ¶ Et nota ꝙ large capiendo cultus: honor: ꝛ reuerētia sūt idē. Damascenus. Nō nudā carnē adoramus sed vt vnitū diuinitati in vnā hypostasim dei verbi. ¶ Rñdeo ad q̄ōnē dicendū ꝙ caro xp̄i dr̄ multipliciter. Uno mō p toto hoīe xp̄o: vt Joan. p̄rio. Uerbū caro fcm̄ est. Et hoc mō: qꝛ ille hō est deus rōne psone verus adorādus est latria. Alio mō caro xp̄i capit̄ vt dicit corpus tm̄. vt dr̄ ↄ̄ aīaʒ: ꝛ hoc mō dupl̄r. Uno mō per se ꝛ absolute non inquātū est vnitū diuinitati ꝛ sic non debet̄ ei cultus latrie: qꝛ vt sic est pura creatura. Alio mō vt est vnitū verbo diuino: ꝛ hoc mō dubiuʒ est an debeat adorari latria: sil̄r de aīa xp̄i. ¶ Et de hoc est duplex opio. Pr̄a dicit ꝙ caro xp̄i neqꝫ ꝫm se neqꝫ vt vnita verbo diuino est adoranda adoratione latrie: qꝛ siue ↄ̄sideret̄ siue nec semp ē infra limites nāe: qꝛ nec nā humana: nec illa vnio est deus sed pura creatura. nec in istis fit cōicatio ydiomatū pp repugnantiā itellectuū. Uñ sicut non dicenduʒ est humanaʒ nām in xp̄o esse eternā. qꝛ est vnita eterne: sic hoc mō dixerunt: ꝙ non sit adoranda latria. Alia opio dicit ꝙ lʒ humanitas ꝫm se ↄ̄siderata non sit adoranda latria: tm̄ vt cōsideret̄ vnita diuine nāe siue v̄bo diuino est adoranda adoratiōe latrie. p eo ꝙ secus est de exhibitione honoris ꝛ proprietatibus alijs. Honor enim non respicit hanc vel illā sed respicit ipsam p̄sonā. Uñ ꝗ̄uis purpura ꝛ vestimentū nō p̄cipet p̄prietates regis absolute: cōicat tm̄ in honore ꝛ reuerentia sicut dicit Augu. ꝛ recitat magr̄ in l̄ra. Et iō qꝛ est vna psona in xp̄o cui debetur reuerentia summa vna adoratione est adoranda. s. latria quātū ad vtrāqꝫ nām sicut vna ꝛ eadē adoratione adorat̄ in vno hoīe caput ꝛ pes. Unde Damascenus xp̄s ē p̄fectus deus ꝛ p̄fectus homo quē adoramus vna adoratione cuʒ p̄re ꝛ sp̄ūscō ꝛ incōtaminata carne eius. ¶ Ad hāc autē auctoritatē dicerēt illi de p̄ma opione ꝙ cū capit̄ dupl̄r. Uno mō copulatiue: ꝛ sic non capit̄ hic. Alio mō associatiue ꝛ sic capit̄ hic: qꝛ ipsa nā non debet excludi ab adoratione latrie. Humanitas enim vnita v̄bo diuino est inclusa in termino totali adorationis: tm̄ secludit̄ in oīone adoratiōis: qꝛ ille hō solū inquātū deus est adorandus adoratiōe latrie. ¶ Notandū ꝙ dictio exclusiua quotiēscūqꝫ additur alicui subiecto respectu alterius p̄dicati excludit oē illud a quo vere negat̄ illud subiectū: vt solus petrus est intus: ꝛ nihil aliud ab eo est intus. Si eniʒ dictio exclusiua addat̄ alicui subiecto supponit p toto intellectuali vel essentiali respectu alicuius p̄dicati alicuius: ꝙ non pōt cōpetere toti nisi cōpetat pti. Illa p̄pō in qua dictio exclusiua additur toto essentiali de est scd̄o adiacente est falsa ꝛ īpossibilis vt tm̄ hō est ergo hō est ab exclusiua ad suā p̄iacentē vltra hō est ergo aīa eius rōnalis est vltra. Anima rōnalis ē: ergo aliqd aliud ab hoīe est ꝛ vlterius: ergo aliqd aliud ab hoīe ē: ergo nō tm̄ hō est. Sil̄r de dictione exclusiua addita termino relatiuo in p̄pōne de est scd̄o adiacente. Et hoc iō: qꝛ alias duo ↄ̄dictoria essent simul vera scʒ: tm̄ pr̄ est ꝛ non tm̄ pr̄ est. ¶ Soli deo seruies seruitute latrie. Hec p̄pō sic exponit̄. Deo seruies ꝛ nulli alij rei a deo seruies. Sed humanitas xp̄i siue ꝫm se ↄ̄siderata siue vt diuinitati vnita est alia res a deo ergo ei nō ē seruiēdū seruitute latrie. Et sic posset replicari ↄ̄ solutionē p̄mi articuli i texto. ¶ Sciēdum ꝙ lʒ xp̄s ꝫm ꝙ hō deū orauerit ꝛ adorauerit qꝛ isto mō est eo maior: sicut dicunt euangeliste ꝙ orauerit in ortulo non tn̄ ↄ̄cedendū est ꝙ xp̄s orauerit vel adorauerit simpl̄r id est sine ista determinatione inquantū hō vel ꝫm nām humanaʒ. Et si arguat̄: xp̄s ꝫʒ ꝙ hō orauit: ergo xp̄s orauit ↄ̄sequentia non valet: imo est falsa ꝫʒqd ad simpl̄r. Et rō ē: qꝛ xp̄s est nomen suppositi diuini ꝙ est filius dei cui nullo mō orare cōpetit. Etiā ad vitandū errorem Nestorij qui posuit in xp̄o duas p̄sonas vnā orantē ꝛ aliā exaudientē. Et errorē Arrij qui ponebat filiū minorē p̄re ꝛ ei subiectū: ꝛ itaꝙ ipse debebat p̄rem adorare ꝛ orare. Jdcirco ad cauendū hmōi errores ecclesia non dicit xp̄e ora p nobis. sed xp̄e exaudi nos ꝛ miserere nobis. In hoc ergo est summa snīa ꝫm oēs: ꝙ qñ adoramus xp̄m non secludimus humanitatem nec ad eam respicimus sed ad persone dignitatem.

Secunda questio.

Utrū cultus latrie exhiberi debeat imagini xp̄i. Imago pōt capi tripl̄r. P̄rio mō dr̄ imago id ad cuius exēpluʒ aliud fit Gen. j. Faciamus hoīem ad imaginē ꝛ similitudineʒ nostram. Scd̄o mō capitur p aliquo p̄ducto per modum nāe: q̄d per oīa est equale suo p̄ducenti. ꝛ sic solus filius dei in diuinis dr̄ imago p̄ris: ꝛ sic imago per adequationem. Tertio modo capitur pro quodam rep̄ntatiuo alicuius imaginati ꝫm quandam imitationem in quadam propinquitate. Et sic imago

sic imago beatissime v̄ginis marie dr̄ imago eius s. virgis ⁊c̄. sic crux dicit̄ imago crucifixi ⁊ sic de aliis. Tria aūt requiruntur ad hoc ꝙ aliquid dicatur imago alterius sm̄ Scotū in .iij. li. Primo oꝫ ꝙ sit similitudo repn̄tans totū ⁊ non solū ptem ⁊ sic imago differt a vestigio: q̄ꝛ vestigiū repn̄tat solum partem vt pedum partem: vtpote cuꝫ bos transiens imprimit similitudinem pedum in terram. Scd̄o oꝫ ꝙ imitetur illud qđ repn̄tat. ⁊ iō si duo essent per oīa similia sibi inuicem vnum non est imago alterius: q̄ꝛ vnū nō imitatur aliud: sed bn̄ est sibi simile. Tertio oꝫ ꝙ referat̄ ad imaginatum talis imago. Est enim soluꝫ imago formaliter per illam relationem qua talis res refert̄ ad rem quaꝫ figūat. ⁊ sic talis relatio dr̄ imago formaliter. Notandum ꝙ cultus latrie pōt alicui exhiberi dupl'r. Uno mō per se qn̄ scꝫ in eo cui exhibetur est causa talis honoris. Et hoc modo adoratur deus: q̄ꝛ in deo est summa maiestas vel bonitas cui per se debetur honor latrie. Alio modo per accn̄s qn̄ in eo cui exhibet̄ nō ē cā talis honoris: sed solū fit propter aliquā habitudinē quā habet ad talē cām honoris: ⁊ sic sm̄ vnā opinionē exhibet̄ cultus latrie humanitati xp̄i vniti verbo dīno p accidens rōne scꝫ vnionis ad verbū diuinū: vt d̄r de vestimento regis. Aliqđ aūt pōt habere duplicit' habitudineꝫ ad cām honoris. Uno modo tāq̄ ad ideꝫ suppositū: ⁊ sic humanitas xp̄i vnita ⁊c̄. Alio modo habet habitudinē extrinsecā ad id in q̄ ē cā honoris latrie: vt ē de cruce ⁊ mr̄e dn̄i. Soli āt deo p se debet̄ cultus latrie: q̄ꝛ in eo solo ē cā vl' rō latrie. Humanitati aūt vnite deo non sm̄ se ⁊ absolute sed solum per accidens: vtpote inquātuꝫ ē vnita deo qn̄ aliqđ suppositūꝫ per se adoratur latria: adorat̄ etiā per accidens quicqđ est in eo. sed humanitas christi est in supposito diuino. ergo ⁊c̄.

Responsio ad questioneꝫ.

Dicendum ꝙ imaginum introductio non fuit sine causa rationabili. Hoc enim fuit propter tres causas. Primo propter simplicium ruditatem. Secundo affectuuꝫ tarditatem. Tertio memorie labilitatem. ¶ Primo inuente sunt vt simplices qui non possunt scripturas legere in huiusmodi scripturis picturis tanq̄ in scripturis aptius possint sacramenta nostre fidei legere. Secundo vt excitātur ad deuotionem duꝫ cernunt oculis corporeis que christus pro nobis gessit. Tertio vt beneficia nobis prestita dei ad memoriam reducant. Et nota bꝫ modernos ⁊ Augu. in li. de doctrina christiana. Qui veneratur tale signum diuinitus institutum eius vim significationem q̄ꝫ intellige: nō hoc veneratur quod videtur ⁊ trāsit: sed illud potius ad quod talia cuncta sunt referenda.

Tertia questio.

Utruꝫ cultus latrie matri christi debeat exhiberi. ¶ Responsio est ꝙ beatissima virgo maria est pura creatura: ⁊ ideo ad honorem ⁊ cultum latrie non ascendit. patet per tria argumenta que sunt in oppositum vltima. Sed quoniam excellentissimum nomen habet ita quod excellentius pure creature conuenire non potest. ideo non tantuꝫ debetur ei honor dulie sed yperdulie. Hoc autem nomen est quod virgo existēs dei mater est. quod quidem tante dignitatis est quod non solum viatores sed etiam comprehensores non solum homines verum etiam angeli reuereantur quadam prerogatiua speciali. Ex quo mater dei est: est prelata ceteris creaturis eam pre ceteris decens est honorari ⁊ venerari. Hic autem honor consueuit a magistris yperdulia vocari. Et accipitur verbuꝫ illud de glo. primi. Rn̄. vij. vbi dicitur dulia maior ⁊ dulia minor. ¶ Nota ꝙ dulia proprijssime capta vt scilicet distinguitur cōtra latriam ⁊ yperduliam. Est honor debitus soli creature rationali in testimonium virtutis. Honor ⁊ poniturloco generis. ¶ Sunt enim tres honores supremus. scilicet latria: infimus scilicet dulia. medius scilicet yperdulia. Primus ratione summe maiestatis. Secundus ratione virtutis. Tertius ratione cuiusdam excellentis prerogatiue. Et est honor excellentissimis creaturis intellectualibus debitus ratione aliquarnm specialium prerogatiuarum in quibus excellunt ceteras creaturas. Capiendo proprie duliam: deus non est adorandus ipsa. Itē nulla res inanimata vt imago christi: vel crux adoranda est dulia: patet per secundam particulam. Tertia particula in testimonium. Ex quo sequitur ꝙ demones ⁊ damnati non sunt adorandi adoratione dulie quia non sunt virtuosi. Nulli etiā peccatori inquantum est peccator debetur honor dulie. ¶ Yperdulia habet tres gradus secūduꝫ antiquos. Primus ⁊ supremus debetur humanitati christi absolute cōsiderate. Secundus gradus debetur beatissime matri dei ratiōe sue virginee puritatis: ⁊ fecunde virginitatis que concepit ⁊ peperit vnicum dei filium. Tertius gradus secūduꝫ antiquos debetur cruci christi in qua pependit: quod tamen non videtur verum nec placet cuꝫ nō sit creatura ratiōalis. ¶ Posset dici ꝙ tertius gradus debetur forte beatissimo patri nostro Francisco ratione illius excellentissime prerogatiue qua fuit insignitus stigmatibus sacris christi tanquā strēnuissimus signifer regis regum ⁊ domini dominantiuꝫ saluatoris christi. Brulifer posuit hāc propositionem. Si omnes gratie sanctorum sanctarum ⁊ omnium angelorum essent simul vnite adhuc maior esset gratia virginis gloriose. Hoc idem reperies in sermone de assumptione eiusdē ¶ Notandum ꝙ est duplex dominium scilicet. Presidentie ꝙ communicat deus beatissime matri sue. ideo dr̄. domina angelorum ⁊ omniū creaturarum. Maiestatis dn̄iuꝫ ⁊ omnipotentie non potest alteri adeo cōicari cū sit dn̄iū indepēdens.

¶ Notandū ꝙ hec ꝑpō est concedenda. Mater
dei est mater oīum creaturarū. In virgine glorio/
sa ē eniȝ triplex mr̄nitas. Pria dr̄ ꝓ̄sidentie ⁊ emi
nentie prelationis: ⁊ hec est gn̄alis respectu oīuȝ.
Scōa ē cure ⁊ spālis cōmissionis: hec ē spālis re/
spectu hoim. s. electorū. Tertia ē nāe ⁊ ineffabilis
gn̄ationis ⁊ ē spālissima que est solū respectu filij
dei. Ex hoc enim ꝙ mr̄ dei est prelata ceteris crea:
turis ⁊ hanc hūit in instanti ꝯceptionis filij dei. ⁊
dr̄ oīum mr̄ quēadmodū prelat⁹ dr̄ pr̄ oīuȝ suorū
subditorū. Hūit ēt tunc tantā grām quantā dispo
suerat sibi dare deus. Sicut eniȝ deus dederat pri
mo hoi in statu innocentie dn̄iū presidentie respe
ctu oīum creaturarū istius mūdi sensibilis. s. crea
turarū sensibiliū irrōnalium. Sic dedit beate mr̄i
sue in aduentu suo dn̄iū presidentie respectu oīm
creaturarū. Jō dr̄ regina ⁊c̄. Maternitas aūt cure
⁊ spālis cōmissionis: hec ē respectu solū hoium:
⁊ hanc maternitatē dedit xp̄s mr̄i sue cū penderet
in cruce dicens. Mulier ecce filius tuus. In illis
enim verbis xp̄s cōmisit mr̄i sue Joannē discipu
luȝ suū: ⁊ i ipso oēs electos. q. d. O mr̄ iā morior:
tibi ergo cōmendo oēs electos. ꝑ qb⁹ morior ꝑ
quorū salute curā spālem hēas. Et de ista materni
tate dicimus in hymno. Monstra te esse matrem
mundo. Tunc enim soluȝ fuerunt ei recōmendati
hoies viatores electi non reprobi nec boni angeli
Sic ergo hēmus pr̄eȝ i celis: scȝ misericordiarū,
ita hēmus mr̄em in celis misericordie ⁊ pietatis.
Mr̄nitas tertia ē solū respectu filij sui naturalis.

Quarta questio.

Utrū cultus latrie sit exhibēdus cru
ci xp̄i. s. vere. ¶ Notādū ꝙ ē duplex crux xp̄i. que
dam ē in qua pependit xp̄s que tetigit corpus ei⁹
⁊ de ista qō ē. Et ē sensus. Utrū illud lignū in quo
fuit ꝯfixū sacratissimū corpus saluatoris sit adorā
dum ⁊c̄. Alia ē crux in qua non pependit xp̄s sed
est solū imago crucifixi: vt est crux que in ecclesia
ponit: ⁊ hec non est tm̄ veneranda sicut vel quātū
prima. ¶ Rn̄deo ad qōnē. Dicendū ꝙ est duplex
opio. Prima dicit ꝙ crux xp̄i dȝ adorari yperdu/
lia eo ꝙ fuit instr̄m redēptionis humane. Sȝ qm̄
adoratio illo mō vr̄ eē solū ad res que sunt rōnis
capaces. ¶ Adoratio ē quedā oratio ad aliqd or/
dinata. Un̄ adorare est aliqd orare: crux autē xp̄i
oino caret rōne. ¶ Scōa opio dicit eā esse adorā
dam solum inquantū in ea pependit xp̄s: neqȝ ei
aliqua honoris reuerentia exhibēda nisi rōne cru
cifixi: sicut nec imagini nisi rōne imaginati. Jō di
cunt ꝙ cruci cultus ē latrie exhibendus ⁊ nullus
alius nec dulie nec yperdulie. Rem enim insensi/
bilem stultū est honorare cum ꝑ indifferenti hēat
honorē ⁊ vituperiū: ⁊ ꝯfirmat per Damascenum
.c. iij. de sanctis imaginibus vbi dicit qō non cru
cem adoramus sed typum. i. figurationē. ¶ Opi
nio sancti Bonauenture est ꝙ crux xp̄i in qua pe
pendit inquātū ēt res est creata est honoranda ho
nore venerationis quēadmodū deferimus reue
rentiā vel venerationē sacris ecclesie. Inquantū
aūt est signū crucifixi dȝ adorari adoratione latrie
sed totus ille honor dȝ referri ad crucifixuȝ dei fi
lium. Un̄ Damascenus in capitulo de cruce dicit.
Ipsum qdem preciosum lignū crucis venerabile
in quo seipsum ꝑ nobis xp̄s obtulit vt sanctifica
tum tactu corporis ⁊ sanguinis decenter est ado/
randum. ¶ Nota ꝙ duplex est laus. Pria ꝑꝑ nāe
excellētiā scȝ sue nāe: vel qr̄ ē res pulchra ⁊ bona ⁊
saluti necīa. ¶ Scōa ꝑꝑ virtutis strēnuitatē. Sic
duplex est honor. Quidā exhibet in testimoniuȝ
virtutis ⁊ iste non debet cruci xp̄i nisi rōne cruci/
fixi cuius qdem virtus ⁊ intelligentia ⁊ excellen/
tia est sup oīa. Alius honor exhibet in signū alicu
ius nobilitatis ⁊ excellentie ⁊ hoc mō honor non
exigit merita: nec reqrit virtuteȝ in honorificato
vel cognitionē sed aliquā dignitatis rōnē ob quā
debeat sibi reuerentia exhiberi. ⁊ hoc mō quadā
nobilitatione deus lignū crucis nobilitauit dum
in ea pependit ⁊ genus humanū redemit ⁊ iō cru
cem laudamus ⁊ veneramur. Ex ista nobilitate ⁊
multiplices eius laudes decantat ecclesia ⁊ per ꝑ̄n
tiam istius sacratissimi ligni multa impensa sunt
fidelibus bn̄ficia ⁊ miracula ⁊ itelligas ꝙ oīa hec
dicta sunt de christo crucifixo cuius laudes decan
tat ecclesia: vt in exaltatione crucis ⁊c̄.

Quinto queritur.

Utrū latria ex/
hibenda sit mē
bris xp̄i. ¶ Sciendū ꝙ mēbrū xp̄i est duplex quo
dam verū aliud mysticū. Primū mēbrū xp̄i verū
est aliqua pars integralis vera ipsius veri corpis
xp̄i ꝯstituens veraciter ⁊ integraliter ipm corpus
xp̄i vna cū ceteris membris vt est manus pes ⁊c̄.
Istud mēbrū pōt capi dupli̇r. Uno mō large. Alio
mō stricte. Prio mō large ē: queliȝ pars integralis
⁊ realis ⁊c̄. vt. s. ⁊ sic caput non distinguit contra
alia mēbra. Stricte captū distinguit ꝯ caput ⁊ hoc
mō caput nō ē mēbrū. Sed est radix sensus ⁊ mo
tus quos caput influit in alia mēbra ⁊ de istis nō
est ad ꝓpositū. Mēbrū xp̄i mysticū est queliȝ crea
tura rōnalis pura exn̄s in charitate ⁊ grā vel qui
libet hō iustus hn̄s fidē ⁊ charitatē. Pria diffini/
tio cōpetit bn̄ angelis bonis ⁊ hoibus. Scōa solū
cōpetit hoibus bonis. Ex his diffinitionibus eli/
ciunt multa correlaria. Primū ē ꝙ nullus demon
est mēbrū xp̄i. Scōȝ nullus infidelis ē mēbrū xp̄i.
Tertiū ꝙ infideles viatores pn̄t eē mēbra xp̄i quā
uis demones non possint de potentia dei ordina/
ta. Quartū xp̄iani ⁊ fideles exn̄tes in pctō mortali
nō sunt mēbra q̄ȝdiu sunt in illo pctō qr̄ non hn̄t
grām. Ex quo sequit ꝙ oēs tales exn̄tes in morta
li pctō sūt mēbra luciferi ⁊ diaboli pȝ p gregoriū
in vna omel. An nō mēbrū diaboli iudas pilatus
herodes ⁊c̄. Un̄ in euāgel. Pr̄ vester diabolus est
⁊ per ꝯn̄s caput. Econtrario sequit ꝙ xp̄s ē caput
angelorū bonorū per influētiā beatitudinis accide
lis nos

lis nō ēētialr inq̄tū hō nec ſʒ ꝯformitatē nāe: q: nec ſʒ nāʒ diuinā nec hūanā ē eis ꝯformis. q: nec i fluit eētialē btitudinē effectiue inq̄tū hō: q: eā ñ efficit: nec meritorie q: nō meruit eis p̄inā grām vt fecit hoībus. Tamē influit eis btitudinē accidētalez q: purgat illuminat ⁊ pficit que ad btitudinē accidētalē ptinet. Vñ ephe. j. Propoſuit deꝰ reſtaurare in xpo oīa ⁊ que in celis ⁊ que in terris ſunt. glo ſa ordinaria. Inſtaurauit celeſtia dū mirū āgeloꝝ diminutiuū cōpleuit. Itē ibidez. Ipſe dedit caput ſup oēm eccliam ⁊ cōſtituit eū ſupra angelos p̄incipatus ⁊c̄. Sancti pr̄es veteris teſtamenti fuerūt mēbra xp̄i añ incarnationē filij dei cū habuerunt fidē ⁊ grām ac p ꝯſequēs influxit xp̄s eis ſenſum ⁊ motum ergo ⁊c̄. Nullus eni vnq̄ a tēpore caſus adaʒ ſaluatus eſt niſi merito xp̄i paſſi vel p̄uiſi vel exhibiti. Eccia veteris teſtamēti nunq̄ fuit aceꝑhala: ⁊ dr̄ ab a q̄d eſt ſine: ⁊ cephaluʒ qđ eſt caput q̄a ſemp habuit xp̄m p capite cū eēnt eius mēbra. Ad hoc eni q̄ xp̄s dicat̄ caput eccl̄ie myſticuʒ veteris teſtam̄ēti nō reqrit̄ q̄ hēat actualr̄ nām huma nā ſibi vnitā vt pʒ ex p̄cedētibus ēt ſʒ nām huma nā ⁊ in hoc dr̄ caput myſticū a capite vero corporali. Ad hō eni q̄ xp̄us eēt caput myſticū veteris eccleſie nō oportebat q̄ ſm̄ humanā nām eſſet ſed ſuffi cit q̄ eſſet p̄uiſus ſʒ illā ⁊ q̄ merito paſſionis eius p̄uiſe infunderet deus hoībus fidē ⁊ gr̄aʒ. Et hoc ſic fuit de xp̄o. Caput reſpectu aliorū mēbroꝝ hēt excellētiā inſitus altitudine ⁊ ſic xp̄s ſm̄ diuinitatē eſt oīum caput ſm̄ ꝑotētiaꝝ cōprehēſione vel capacitate ⁊ ſic ſm̄ humanitatē eſt bene caput omniuʒ q: eius grā anime eſt maior oībus aliis ⁊ ſic de aliis virtutibꝰ. Excedit ēt caput mēbra q: influit ſenſuʒ a parte añ ⁊ motuʒ a parte poſt p nucham colli vel viuū cerebri. Ita xp̄s ſm̄ hāc conditionē eſt caput hominū ⁊ angeloꝝ q: influit omnibus angelis in quantum deus eſt: ⁊ hominibus inquantū hō in quātū deus effectiue: inq̄tū hō meritorie. Caput ēt dirigit mēbra. eſt ergo caput dignitate ſicut leo dr̄ caput animaliū irrationaliū. Principiatione ſicut fons principiat fluxuʒ aque riuuloꝝ. Directione ſic paſtor dirigit gregē: ⁊ p̄latꝰ ſubditū ⁊ ſʒ hāc triplicē ꝯditionū xp̄s eſt caput hominū āgelorum ſed ſm̄ ꝯformitatē nāe ſolū eſt caput hominū. Ad hoc aūt q̄ aliquis ſit mēbrū xp̄i non reqrit̄ neceſſario q̄ hēat fidē ſʒ ſufficit q̄ hēat charitatē vt pʒ de cōprehēſoribus q̄ fide carēt ⁊ ſpe ſed nō charitate.

Reſpondeo ad queſtionē. Dicēdū q̄ mēbris xp̄i non debʒ exhiberi cultꝰ latrie cū ſint pure creature. Nos eni ſumus mēbra xp̄i ſʒ humanā nāʒ ⁊ ſic ſumus mēbra xp̄i q̄ nō tollit rōne ſeruitutis nec ponit eſſentialitatē dignitatis. ¶ Nota q̄ p̄latus aliquis pōt eſſe peccator duplici pctō. Uno mō poteſt eſſe malus pctō qđ de directo nō īpedit nec repugnat executioni ſui officij: ⁊ pp̄ hoc prelatꝰ nō eſt ſuſpēſus ⁊ debeo ei obediri in licitis ⁊ de iſto ſic̄ petrus apl̄s. Non tm̄ bonis ſed ēt diſcolis. Si āt eēt malus pctō qđ repugnat directe executioni ſui officij ipſo fcō non eſt amplius prelatus ſed deponit̄ vt pʒ de papa cuius oſſm̄ p̄prie eſt manutenere fidem catholicā ꝯ̄ hereticos ⁊ extirpare hereſes. Et iō papa ſi ſit hereticus ipſo facto depoſitus eſt. Silr̄ eſt dicēdum de p̄latis cordigeroꝝ qui cogunt tranſgredi ordinē vel religionē ⁊ regulā ſuaʒ ſuos ſubditos vt pʒ de pecūia ⁊c̄. ¶ Nota q̄ differt hoieʒ eē ad imaginē ⁊ ſimilitudinē: q: imago ꝯſiſtit in nālibꝰ ſimilitudo in gratuitis. ¶ Nota q̄ corpus xp̄i verū in ſacro altari ſignificat corpus xp̄i myſticuʒ vt vult ⁊ declarat Aug. dicens manducatio enim ſacramenti altaris ſignificat vnionem membrorum adinuicem ⁊ cum capite.

Sexto queritur. Utrū cultus latrie poſſit exhiberi xp̄i aduerſario ſine pctō id eſt in aliquo ſcʒ caſu dabili. Ita q̄ excuſat ignorantia. Et eſt alia qđ in fine argumentoꝝ. ¶ Utrū ſacerdos fingens ſe ꝯſecrare ⁊ non ꝯſecrans faciat vel poſſit facere idolatras fideles illā hoſtiā nonꝯſecratā adorantes: ⁊ ſit qđ illa occaſione cuiuſdā decretalis dicētis q̄ plus peccat malus ſacerdos qui non conſecrat vel non cōficit ⁊ ſimulat ſe conficere ⁊c̄.

Reſponſio ad primam qōnem. Dicēdū q̄ honor latrie pōt exhiberi diabolo dupliciter. Uno mō ſimplr̄ aut ſub ꝯditione. Si ſimplr̄ ⁊ talis adoratio non pōt fieri ſine idolatria. Offert̄ enim tunc cultus latrie alteri a deo nec excuſat̄ rōne ignorātie. Q: nūq̄ ignorantia excuſat aliquē de malo qñ hʒ remediū ſufficiens ad vincendū talē ignorantiā vincibilē. Circa ea que ſunt ptinentia ad fidei neceſſitateʒ ⁊ ſalutē nunq̄ eſt ignorantia inuincibilis q: facienti q̄ in ſe eſt deus nunq̄ deficit. Talis aūt qui adorat diabolū ſibi in figura xp̄i apparentē hʒ triplex adiutoriū per qđ pōt errorem euitare. Primū eſt remediū p̄motiōis ſacre ſcripture que multotiēs dicit q̄ multi in nole xp̄i venturi ſunt mendaciter. Scōm eſt orationis interne qua ad deuʒ dʒ hō recurrere vt cor eius illuminet. Tertiū eſt ſuſpenſio credulitatis ſue. non enim dʒ hō oī ſp̄ūi credere ſʒ p̄bare qui ex deo ſunt. Qui enim cito credit in talibus leuis eſt corde ⁊ fortaſſis inflatus corde duʒ ad tales viſiones ⁊ reuelationes idoneum ſe eſſe eſtimat. Unde tales viſiones vel apparitiones potius formidande quaʒ deſiderande. Narratur de quodam patre ſanctiſſimo cui cum diabolus in ſpecie chriſti appareret. Ille clauſis oclis dixit ſe i hac vita nolle xp̄m videre ⁊ diabolus eius humilitate ꝯfuſus ſtatim euanuit. Econtra de pluribus narrat̄ qui ſe ad viſiones idoneos reputauerunt ⁊ deſiderauerunt: q̄ ad multas inſanias ⁊ errores precipitati ſunt. Alio mō pōt quis adorare diabolum ſub conditione hoc eſt dupliciter. Aut q: conditio illa eſt habitualiter aut actualiter conſidera/

ta siue apposita. Si est actualr apposita: sic nō ado
rat luciferū sed magis xp̄m: qꝛ non stat adoratio
nisi stante conditione ⁊ ad euz refert ad quē refert
adorationis implicatio. Si aūt cōditio illa sit sub
conditione habitualiter apposita: hoc mō nō suffi
cit ad vitādū pctm̄ idolatrie respectu huius appa
ritionis siue transfigurationis sufficit tn̄ respectu
sacri altaris. Nam talis transfiguratio est insolita
⁊ iō non dʒ ad eam precipitanter sequi adoratio
sed cum maturitate ⁊ preuia oratione. Sed conse
cratio hostie est cōsueta ideo sufficit ꝙ adorans in
habitu hoc hēat vel hanc conditionē videlʒ si con
secratio debito modo facta est. Unde pauci sunt fi
deles vel nulli qui in hac adoratiōe peccāt. Oēs
enim accedunt cum conditione ista. Qꝛ aūt obijci
tur ꝙ sacerdos facit eos idolatrare hoc intelligit
quantū est ex se sm̄ Bonauenturā. ¶ Sciendum
est ꝙ duplex est ignorantia scʒ facti ⁊ iuris. Igno
rantia iuris est qua quis vel aliqs ignorat aliqua
principia alicuius iuris ⁊ conclusiones sequentes
ex talibus primis principijs talis legis vel iuris.
Triplex est ius scʒ diuinū nāle ⁊ hūanū vl' positiuū:
ꝙ est duplex scʒ ecclesiasticuʒ ⁊ ciuile. Uel triplex
est lex scʒ diuina humana: ⁊ ciuilis. Et sicut triplex
est lex ista sm̄ hoc est triplex ignorantia iuris diui
ni positiui siue canonici ⁊ ciuilis. In iure diuino
est tale principium. oīs transgressio diuini p̄cepti
facta ab aliquo libere est pctm̄ mortale ex quo seq
tur ista ꝯclusio fornicatio est pctm̄ mortale ⁊ igno
rantia talis dr̄ ignorātia iuris diuini. Aliqn̄ tn̄ p̄t
quis hr̄e sciam principiorum iuris ⁊ ignorare cō
clusionem ex illis ꝯñtem ⁊ talis ignorātia adhuc
est iuris vt si quis sciat ꝙ trāsgressio diuine legis
est pctm̄ mortale sed ignorat an fornicatio sit pctm̄
mortale. In iure canonico siue positiuo principiū
est ꝙ ieiunandū est in quadragesima. Ignorantia
facti est qua quis ignorat an aliqđ factum particu
lare sit bonum vel malum vel de aliquo facto an
sit faciendū vel non faciendū vel verū vel falsum.
Sicut si lucifer appareret in similitudine crucifi
xi nescitur si sit xp̄s vel non: quo ad veritatem vel
falsitatē dr̄ ignorantia facti respectu scʒ adoratio
nis. An debeat adoratio illi exhiberi tanq̄ʒ bonuʒ
dr̄ ignorantia facti quo ad bonū vel maluʒ. Ita ꝙ
ignorantia iuris est de vli ignorātia facti est respe
ctu particularis alicuius vt pʒ de iacob ⁊ lya cum
concubuit fuit ignorantia iuris. Ignorantia autē
opponitur scie qualitercunq̄ʒ capta siue priuatiue
siue ꝯrie siue ꝯdictorie. Scia aūt put nunc sufficit
est triplex quedā est impertinētiū ad salutē vt geo
metrie scia. Alia est vtiliū ad salutē vt scire euāge
lia ⁊ sacrā scripturaʒ et ēt grāmaticā ⁊ logica q̄ va
lēt ad noticiā sacre scripture gramatica qꝛ scriptu
ra est in latino. Logica ad discernēdū verū a falso
Ad discurrendū de vno passu ad alium ad distin
guendū ad diuidendū ⁊ ad repellendū ⁊ exponē
dum. Alia est scia necia ad salutē vt est scia articu
lorū fidei ⁊ p̄ceptoꝝ decalogi. Dʒ tn̄ ista distinctio
intelligi respectu diuersorū statuū ⁊ ꝯditionū di
uersarū psonaꝝ qꝛ hoi maritato non est vtile scire
scripturaʒ sacram. Sed prelatis ecclesie vt epis ⁊
doctoribus est necium vt possint reddere rōnē de
fide ⁊ spe ⁊ sacris ecclesie. Necesse ē ēt alicui scire
explicite qđ solum est alteri scire implicite vt arti
culi de trinitate debent sciri explicite a prelatis sʒ
sufficit simplicibus laicis scire implicite vel cre
dere credendo ꝙ ecclesia credit. Et tot modis dr̄
vnū oppositoꝝ quot modis dr̄ reliquū. Iō triplex
est ignorantia opposita triplici scie predicte. Pria
est ignorantia impinentiū ad salutē nō est culpa
siue sit voluntaria siue sit inuoluntaria. Ignorātia
aūt vtiliū ad salutē siue sit voluntaria siue nō quā
tum est de se non est pctm̄ sed ꝯtēptus talis sciētie
est pctm̄ mortale. Pria pars pʒ qꝛ si de se eēt pctm̄
esset cuilibet peccatum quod est falsum: quia non
est peccatum simplicibus. Non enim obligamur
ad faciendū semp id quod semper est melius vti
lius: qꝛ via salutis esset nimis difficilis. Scđa pa
pʒ quia ꝯtēptus oīm vtiliū ad salutē est pctm̄ mor
tale qꝛ per ꝯñs dr̄ ꝯtēnere suā salutē. Ignorantia
necioꝝ ad salutē est duplex: quedā est penitus in
uoluntaria alia est voluntaria. Tertia est ptim vo
luntaria ptim inuoluntaria. Prima est inuolunta
ria scʒ ignorantia necioꝝ ad salutē que est in pu
lis. Ignorātia oīno voluntaria est in illis qui p̄nt
scire ⁊ tn̄ nolunt ⁊ est duplex: quedā est in illis qui
p̄nt scire ⁊ volūt nescire ⁊ dr̄ affectata simplr. Alia
est in illis qui p̄nt scire ⁊ non volunt ⁊ est affectata
sm̄ quid. Ignorantia necioꝝ ad salutē volūtaria
que dr̄ affectata: vel simplr vel sʒ qđ est pctm̄ mor
tale. Quilibet enīʒ vtens rōne tenet sub pena pcti
mortalis scire necia ad salutē: qꝛ tenet face necia
ad saluteʒ ⁊ non pōt facere nisi sciat. ergo ⁊c. ps
Noluit intelligere vt bn̄ ageret ⁊c. Ignorātia par
tim voluntaria partim inuolūtaria est in illis qui
p̄nt scire ⁊ bn̄ vellent sed negligunt scire sm̄ illud
Oēs volunt scire sed non oēs penā volunt appo
nere: ⁊ dr̄ ignorantia crassa ⁊ supina ⁊ talis igno
rantia necioꝝ ad salutē est pctm̄ mortale: ʒ nō ita
graue sicut precedens. Quia qui negligit q̄d est ne
cessarium ad salutē negligit suā saluteʒ: ⁊ per ꝯñs
peccat mortaliter. Duplex est ignorantia quedam
excusat a toto: alia a tāto. ¶ Prima tollit oīno cul
pam vt in puulis ⁊ carentibus rōne. ¶ Scđa nō
tollit totaliter pctm̄ sed diminuit grauitateʒ pcti.
Ita ꝙ pctm̄ fcm̄ ex tali ignorantia non est ita gra
ue sicut si fuerit cuʒ scia ꝙ tale opus est pctm̄ mor
tale ⁊ hec ignorantia est quedā mō cā pcti ad mi
nus sine qua nō fieret. Et est exēplū in lamech qui
occidit cayn. Et de multis iuuenibus qui faciunt
multa pctā ex ignorantia. Iterū duplex est ignorā
tia quedā est inuincibilis alia est vincibilis. Uin
cibilis est illa quā viator pōt vincere ⁊ auferre ap
ponendo debitā diligentiā. Ignorātia inuincibi
lis est

ho est illa quã viator ignorans nõ põt vincere vel remouere adhibita ẽt quacũqȝ diligentia. Ignorantia inuincibilis est duplex quedã est inata. alia incidens. Prima est que íest a nã vt in puulis qui carent rõne ⁊ fatuis a natiuitate. Alia est incidens que aduenit alicui post hitũ vsum rõnis. ⁊ est duplex quedã euenit ex culpa precedente vt in ebrio quedã euenit non ex culpa: vt qñ quis dat operaȝ rei licite incurrat talẽ ignorãtiã vtpote studio ⁊c̃. Ignorãtia inuincibilis ⁊ inata excusat a toto vt pȝ in infantibus. Illa aũt que est incidens non ex culpa precedente sed ex eo ꝙ talis ignorãs dedit operam rei licite excusat a toto ſi efficiaſ ex toto ignorans ita ꝙ nihil hẽat de vsu rõnis. De ignorantia que est incidens ex culpa precedente. An excusat est diuersitas opinionũ ⁊ ẜm aliquos non excusat a toto lȝ bñ a tanto: ex eo enim ꝙ incidit ex culpa ꝓpria non totaliter excusaſ niſi forte diceret de loth q̃ dormiuit cuȝ filiabus. Nã ẜm arist. Ebrij merẽt duplices icrepatiões: ẜȝ alios excusat a toto. Ignorãtia iuicibilis nũqȝ excusat a toto lȝ tãto pene.

Septimo queritur. Utruȝ latria sit in genere virtutis. Sciendũ ꝙ virtus capiſ duplr. Uno mõ gñalr. Alio mõ specialr. Specialr capta ẽ duplex quedã est moralis. Alia est theologica. Uirtus moralis est hitus qui hñtẽ pficit ⁊ eius opus bonum reddit: ⁊ dr̃ hitus loco gñis. Qui hñtem pficit. i. ornat decorat pulchrificat ⁊ poniſ ad drĩaȝ vitioꝝ mentẽ deturpantiũ ⁊ fedãtiũ. Et eius opus bonuȝ reddit qꝛ semp iclinat virtus ad bonũ opus. Alia est diffinitio. ij. ethico. Uirtus est hitus electiuus in medio ↄſiſtens quo ad nos ꝓut sapiens determinabit. In hac diffinitiõe sunt quatuor pticule. Primo est hitus loco gñis: electiuus qꝛ ille hitus generaſ ab electionibus ⁊ inclinat ad electioneȝ ⁊ poniſ ad drĩam habituũ non electiuoꝝ qualis est prudentia que est in intelligẽtia vbi nõ est electio ꝓprie sed solũ est in voluntate: ⁊ qꝛ prudentia non est in voluntate iõ nõ gñat electionẽ nec generaſ ab electionibus sed est potius regula ⁊ auriga virtutũ moraliũ ⁊ iõ ꝓprijssime nõ est virtus moralis tñ large capiendo virtutẽ moralẽ ipsa prudentia põt dici moralis. Tertia pticula in medio ↄſiſtens ad drĩam extremoꝝ vitioꝝ. Ois enim virtus est inter duo extrema que sunt vitiosa vt pȝ de liberalitate. Quarta pticula quo ad nos ꝓut ⁊c̃. Ubi tãgiſ directiuũ virtutis. Non enim ↄſiſtit virtus in medio ex nã rei vel medio indiuiſibili: sed ẜm rectã rõnẽ ꝙ mediũ hȝ quãdã latitudinẽ vt sapiens id est prudens iudicabit. Bonitas enim virtutis moralis est ↄformitas ad prudẽtiã. ¶ Uirtꝰ theologica ẜm Aug. est bona qualitas mẽtis qua recte viuiſ ⁊ qua nullus male vtiſ quã opaſ deus in nobis sine nobis. Et poniſ qualitas loco gñis: bona ad drĩam malarũ qualitatũ. mentis ad drĩaȝ qualitatũ corpaliũ ⁊ capiſ mens vt dr̃ ab eminendo nec ⁊ includit intellectũ ⁊ volũtatẽ que eminent alijs potentijs. dr̃ qua recte ⁊c̃. ad drĩam scĩe speculatiue que lȝ sit bona qualitas mentis tñ non necessario p eã recte viuit sed magis recte itelligiſ vt pȝ de multis magnis clericis q pessime viuũt. Et dr̃ ⁊ qua nullus male vtiſ ad drĩam potẽtiarũ nãliuȝ vt ẽ volũtas ⁊ liberũ arbitriũ ↄcupiſcibilis ⁊ irascibilis qbus possumus male vti ⁊ ẽt bñ vti. Et dȝ intelligi ꝙ ꝟtutibus nullus male vtiſ vt hitu iclinatiuo q̃uis posset qs male vti vt obiecto circa q̃ volũtas male afficiſ vtꝑote supbiẽdo: de illis tñ q̃tũ est in se ⁊ de se nullus põt male vti qꝛ ex se semp ad bonũ iclinãt. Et dr̃ vltio quã deꝰ opaſ in nobis sine nobis ad drĩam ꝟtutũ moraliũ q̃ gñanſ ex actibus frequẽtatis sicut ex pluribus actibus humilitatis acgriſ humilitas: sic ẽt dicas ð pctis. ¶ Uirtutes aũt theologice a deo vt cã totali ꝓducunſ sine nobis effectiue opantibꝰ tñ nõ sine nobis recipientibus ⁊ sunt tres fides spes ⁊ charitas. ¶ Sũt aũt quattuor cardinales ⁊ ad istas q̃ttuor cardinales principales reducunſ oẽs alie morales. Qõ põt eẽ de vtraqȝ ꝟtute scȝ theologica ⁊ morali. Uirtus aũt gñalr capta ẽ q̃ddã supius ad ꝟtutẽ theologicã ⁊ moralẽ. Et põt sic describi. Uirtus gñalr capta est amor se hñdi ad oĩa vt debeſ. Uñ aug. de moribꝰ ecclesie dicit ꝙ ꝟtutes nõ sunt niſi amores q̃dã ordinati ⁊ iõ in diffinitione cuiuslibet ꝟtutis poniſ loco gñris amor: ⁊ loco drĩarũ poniſ actus aliqs pticulariũ ꝟtutũ. Et põt sufficiẽtia septẽ ꝟtutũ sumi sic. Nã oĩs ꝟtus est amor se hñdi vt debeſ. aut ergo se hȝ ad creatorẽ vel creaturã. Si pmũ hõ dupliciter vel vt ipe creator agnoscaſ ⁊ sic ẽ fides vel vt possideaſ ⁊ hẽaſ ⁊ h̃ ẽ duplr vel vt hẽaſ in futuro ⁊ sic ẽ spes: vel vt iã ẽ hitꝰ i pñti vita ⁊ sic ẽ charitas p quã deũ hẽmus q̃uis ipſecte ⁊ enigmatice. Uñ gregorius. Qui eni deũ amat iaȝ hȝ quem amat. Uel talis amor hñdus ẽ ad creaturã. Et hoc triplr vel ad illã creaturã q̃ subtus nos ẽ: ⁊ sic ẽ caro nr̃a ⁊ sic ẽ tꝑantia vl̃ ẽ circa eã: q̃ ẽ iuxta nos vt ẽ primꝰ ⁊ sic ẽ iuſtitia: aut ẽ circa aliquã creaturã q̃ ẽ ↄ nos. Et h̃ ẽ duplr vel talis isidiaſ nobis sic ẽ prudẽtia q̃ facit cauere deceptiões insidiatoris: vl̃ talis creatura ẽ nos molestãs ⁊ ꝓseq̃ns ⁊ circa talẽ est fortitudo. Aliq̃ aũt dicunſ theologice q̃ sunt de deo vt obiecto imediato ⁊ ꝓpinquo. Et dr̃ a theos q̃ ẽ deus ⁊ logos qð ẽ rõ vel ẜmo q̃ſi ẜmo de deo. Uirtutes aũt morales hñt ꝓ obiecto aliud creatuȝ. Nõ aũt differũt p finẽ qꝛ oĩs virtus hȝ deuȝ ꝓ fine ad deũ finalr ducũt hñtẽ se. ducunt ḡ virtutes oẽs ad deũ mediate vel imediate. Dicunſ aũt quattuor morales cardinales p similitudinẽ ad cardineȝ ostij q cardo ẽ ps ostij mediãte qua pte ostiũ clauditur ⁊ apiſ. Aliqñ aũt ẽt capiſ ꝓ foramie i q̃ talis ps vertit totuȝ ostiũ p illã. Sic metaphisice in q̃ttuor virtutibꝰ moralibꝰ dȝ verti tota vita hois rõnalr viuẽtis. Dicunſ ꝑncipales qꝛ ad eas reducunſ oẽs alie ⁊ dicunſ pollitice qꝛ ẜȝ eas dñt ciuitates ⁊ cõl

tates regi. vel dicuntur cardinales quasi cordinales qui ponuntur in mente ⁊ non in corpore ⁊ tūc dicuntur a cordian grece quod est cor latine.

Ad questionem.

Dicendū ꝙ latria capit̄ tripl̄r. Prio mō ꝑ actu īteriori seu ꝑ reuerētia īteriori deo exhibita rōne summe maiestatis ⁊ ꝓ ꝯōne sūmi dn̄ij. Scdo mō ꝑ actu exteriori vt ē sacrificiū altaris vł actus exteriores: vt genuflexiones quibus ꝓtesta mur ꝓmū actū īteriorē. Tertio mō ꝑ hītu aggenerato ex illis actibus tā īterioribus ꝙ̄ exterioribus ita ꝙ ē latria virtus ⁊ latria actus. Scdm āt ꝙ stat ꝑ hītu ipsius aīe habilitāte ipaz ad cultuz dei sic ē hītus virtutis inq̄tū ē circa bonū ⁊ difficile ⁊ meritoriū ⁊ ad salutē necīu ⁊ circa huius opa ꝑcipue cōsistit virtus. Et si arguas ꝙ latria nō ē virtus sic nulla virtus ē ſuitus: sed latria ē ſuitus qdē vt pȝ ꝑ aug. x. de ci. dei. Et ē ſuitus q̄ deo dēmus ſuire sed latria. ꝰ ⁊c̄. maior pȝ q2 virtus vt virtus ē in libera volūtate ⁊c̄. ¶ Rn̄deo ꝙ ē duplex ſuitꝰ q̄dā est q̄ ſuit hoi: ⁊ ē ſuitus q̄ ſuit deo. Et iteꝝ ē ſuitꝰ necessitatis ⁊ ē ſuitus q̄ ē ex mera volūtate. ꝰ ⁊c̄. Dicēdū ꝰ ꝙ ſuitus illa q̄ fit hoi ex necessitate aliq̄ mō derogat hois libertati ⁊ iō nō hȝ in se excellētiā virtutis. Seruitus āt q̄ ſuit deo ex mera volūtate ponit hoiēz in statu altiori: ⁊ tāto magis facit hoiez liberū q̄̄to magis elōgat se hō a pctō ⁊ talis est ſuitus latrie. Et nota ꝙ latria virtus dr̄ cultus cāl̄r q2 cāl̄ ab actu sicut q̄lz virtus acq̄sita: cultus aūt ē actus nō hītus. ¶ Notandū ꝑ alio articulo ꝙ pietas dr̄ tripl̄r ꝺȝ Aug. x. de ci. dei. Uno mō pietas idē ē ꝙ theosebia ⁊ sic idē ē ꝑ cultus dei. Alio mō dr̄ pietas offm̄ pentibus exhibitū. Tertio mō dr̄ pietas mīa q̄ ꝓximis in opibus exhibet̄. de his aūt dr̄ ꝺm prius ⁊ posterius ꝺm quādā analogiaz vt dr̄ ibidē. ¶ Nota ꝙ al̄r reueremur deū ꝑ timorē al̄r ꝑ latriā. In timore enī resilimus in ꝓpriam paruitatē ꝯsiderādo nr̄az nihileitatez respcū diuine maiestatis. In latria āt siue in honore ē testificatio ⁊ ꝓtestatio diuine maiestatis tāq̄̄ supreme rōne cuius ē ī deo sūmū dn̄iuz respcū creature ⁊ sic latria est potius in actiōe: timor in passione. Queritur.

Octauo queritur.

Utruz latria sit virtus generalis vel specialis. ¶ Notandū ꝙ aliqua virtus pōt dici gn̄alis ⁊ cōis tripl̄r. Uno mō ꝑdicatiue. Alio mō regulatiue. Tertio mō formatiue. Uirtus cōis per ꝑdicationē est que predicat̄ de oībus alijs virtutibus ⁊ sic iustitia cōiter capta ē virtus cōis. Nō aūt si capiat̄ stricte ⁊ sic est vna de quattuor cardinalibus. Justitia cōiter capta ē quecūq̄ rectitudo aīe siue fit in declinando a malo siue in faciēdo bonū ⁊ sic capit̄ ab Ambrosio sup lucā iustitia cōis ē virtus. ¶ Uirtus cōis relatiue est prudentia que est regula oīum virtutū ad mediuz dirigens ⁊ ab extremis declinare docens. Bonitas enim moralis nō est nisi ꝯformitas virtutis moralis ad suaz prudentiā. Uirtus gn̄alis formatiue dr̄ eo q2 ē forma oīum virtutū ⁊ sic grā ⁊ charitas dr̄ virtus cōmunis formatiue q2 ꝑducit actus virtutū ad finē vltimū q est beatitudo eterna ⁊ ipse deus q ē beatitudo obiectiua. Quelibet enim virtus moralis habet suum finem propinquum qui non est deus sed per charitatem omnes fines proprij virtutum ad deū reducunt̄ ⁊ ordinant̄.

Ad questionem.

Dicendū ꝙ latria nōiat hītū ⁊ ē virtus vt supra. Capit̄ ēt ꝑ ipsa veneratiōe actuali ad quā hītus ordinat̄ ⁊ dr̄ cultus dei. Cultus autē dei pōt capi tripl̄r. Uno mō gn̄al̄r alio mō ꝓprie. Tertio mō magis ꝓprie. Prio mō cultus dei dr̄ actus directus in deū sub rōne finis ⁊ sic est oīs virtutis. Scdo mō scȝ ꝓprie dr̄ esse actus in deuz directus nō solū rōne finis sȝ ēt obiecti: ⁊ sic ē virtutū theologorū vt credere in deū ⁊c̄. Et sic capit̄ ab Augustino in enchyridion distincte. Si querit̄ q̄o colit̄ deus. rn̄deo ꝙ fide spe ⁊ charitate. ¶ Tertio mō cultus dei dr̄ actus in deū directus non solū rōne finis obiecti sed ēt sub rōne honorabilis ⁊ est actꝰ adoratiōis ⁊ sic est virtus spālis ⁊ hoc mō ē ipius latrie. Sic enim idolatria non dr̄ quodcūq̄ pctm̄. Sic latria non dr̄ q̄cūq̄ hītus sed ille ꝺm quē cultus adorationis exhibet̄. Et intellige ꝙ latria est respectu dei non solū vt finis sed ēt obiecti supple mediati vel remoti nō ꝓpinqui vel imediati ꝙ sic est honorationis vel adorationis. ¶ Nota ꝙ est triplex sacrificium scilicet bone operationis. deuote oratiōis. honeste imolatiōis. Primū est omnium virtutum. ps̄. lix. Sacrificium deo spiritus contribulatus. Et sic capitur ab Augu. x. de ciuitate dei. vj. c. Uerum sacrificium est omne opus q̄d agitur vt sancta societate inheremus deo. Secundum est virtutum theologorum quia oratio maxime dȝ inniti virtutibus theologicis. Tertium est pertinens ad latriam vt est sacrificium misse. Ipsius enim latrie est tale sacrificium deo ⁊ hoc sacrificium soli deo debetur vt dicit Augu.

Nono queritur. Utrum

latria sit virtus cardinalis an theologica. ¶ Notanduz ꝙ tres conditiones requiruntur ad virtutez theologicalem. Prima ꝙ habeat deum pro obiecto immediato. Secunda ꝙ innitatur prime veritati tanquā regule infallibili actuum humanorum. Duplex est regula actuum humanorum: prima interna ⁊ est ipsa prudentia que dicitur auriga virtutum. alia est externa scilicet volūtas diuina vel ꝓma veritas. Tertia est ꝙ ifundat̄ imediate a deo.

Responsio ad questionez.

Sciendū ꝙ lȝ latria notificet̄ per cultuz latrie siue per seruitutē vt dicat̄ latria esse seruitus siue cultus deo debitus. Et ista duo quasi pro eodem accipiuntur. Differunt tamen ꝺȝ ꝓpriam acceptionē.

Cultus

Cultꝰ enī3 dei respicit actū interiorē ⁊ exteriorē ⁊ magis iteriorē ꝙ̃ exteriorē. Et iō cū latria de rōe sui vocabuli idē sit ꝙ seruitus ſm ꝙ exponit Augu. in libro de trinitate. Latria ꝓprie respicit actū exteriorē. Theosebia vō vl' eusebia idē ē ꝙ cultus diuus siue bonus cultus. Et iō ꝓprie respicit actū interiorē. Et qm̄ virtus que respicit actū exteriorē versat' quodāmō circa actionē exteriorē ⁊ ē in genere virtutis cardinalis hinc ē ꝙ latria ē vtus cardinalis. Et q: ꝯsiderat actū exteriorē sub rōe debiti ⁊ incōꝑatione ad alterū ⁊ hoc ipsius iustitie qua reddit' vnicuiqȝ qd̄ suū ē. Rursus q: spēs iustitie ſm ꝙ ordinat' ad venerandū nām supiorē est ipsa religio sicut dicit tullius: hinc ē ꝙ latria non solū est i gñe virtutis cardinalis tāq̄ i gñe subalterno In gñe vō iustitie sicut in gñe ꝓpinquo. In genere vō religionis sicut in gñe primo. Et hoc ē ꝙ dicit Aug. li. x. de ci. dei. c. i. qd̄ idē ē apud grecos latria qd̄ apud latinos religio excepto ꝙ nomen religionis ē in plus. Uñ ibidē dicit ꝙ cultus deo debitus quattuor noibus nūcupat' duobꝰ apud grecos ⁊ duobꝰ latinos. Apud grecos dr̄ latria ⁊ theosebia dicit cultū interiorē siue eusebia. Apud nos vō dr̄ pietas ⁊ religio. Differūt aūt latria ⁊ theosebia ſm ꝓpriā acceptionē lȝ aliqñ accipit' ꝓ eodem q: theosebia dicit cultū interiorē q ꝓprie spectat ad virtutes theologicas sed latria exteriorē seruitutē est q̄ spectat ad iustitiā scȝ virtutē cardinalē. ¶ Hec aūt dcā sunt de latria ſm ꝙ ꝓprie accipit' ꝓ habitu dirigente ad cultū exteriorē q ꝓprie dr̄ seruitus dei ⁊ adoratio. Et hoc mō non ē idē latria ⁊ theosebia vt dcm̄ ē. Si aūt latria dicat' cultus interior cū ille ꝯsistat in credendo ⁊ sperando ⁊ diligēdo deū sic dicit Aug. in enchi. sic non ponit' eē virtus cardinalis sed theologica non in q̄ ab alijs distincta sed ꝯñs ad oēs illas: ⁊ hoc mō non accipit' sic ꝓprie sicut mō ꝑdicto cū latria ꝓprie loquendo sit spēs religionis sicut dulia ⁊ nomen eius impositū fuit a seruitute vt dcm̄ ē. vtroqȝ tñ mō ꝯuenit reperiri eā dici ⁊ ſm hoc doctoꝝ positiones diuersificari vt qdam ponunt eā spēm virtutis cardinalis scȝ iustitie i qdaȝ vō tres iste theologicas circūplecti. ¶ Notandū ꝙ ſm ꝑceptum includit duo. Primū est ꝙ ois reuerentia potentialis deo est exhibēda ſm ꝙ nulla irreuerentia fiat deo: quantū ergo ad actū exteriorē est virtus cardinalis quātū ad actū iteriorē amplectit' virtutē theologicā que qdem est fides ⁊c̄. Idē dicendū de primo ꝑcepto ⁊ q: latria impletur per actum exteriorem iō non est necesse eam esse virtutem theologicam.

Decima questio.

Utrum latria sit virtus distincta a dulia. Dulia capit' tribus modis scȝ. Cōiter. Proprie. Appropriate. Dulia cōiter capta ē virtus ſm quā exhibet' reuerentia cuicūqȝ siue creatori siue creature rōne cuiuscunqȝ excellentie exñtis in eo. In hac diffinitione ponitur virtus loco gñis ſm quā exhibet' rō cuiuscūqȝ siue creati siue create: ⁊ in hac pticula ꝯtinet' latria: q: latria est quedā dulia videlȝ cōiter capta: rōne ēt q: si nulla sit excellētia in aliquo non dȝ honorari. Et hec debet' deo rōne sue excellentie. Dulia ꝓprie capta ē virtus ſm quā seruus exhibet reuerentiā dño suo: ⁊ ponit' loco gñis. ſm quā seruus ⁊c̄. Et ponit' ad dr̄iam honoris quo dñs honorat seruū suū: ⁊ istis duobus dulia ꝯtinet sub se latriā. Inquantū enim deus est dñs oīpotens debemus ei duliā q sumus sui eiꝰ. Dulia appropriate capta ē virtus ſȝ quā honorāt dños suos tꝑales ⁊ mortales: ⁊ dr̄ dulia appropriate: q: q̄uis sit cōis de se ad latriā ⁊ illā honorē q debet' tꝑalibus dñis: q: tñ īpositū ē ꝓpriū nomen illi honori q debet' deo. s. latria: Iō dulia appropriatur illi honori qui debetur domino temporali.

Respondendū est ad questionē.

penes dignitatē potentiarum ipsarū. Attēdit rō sic qā sicut vult bernardus de amore dei: vbi deficit intellectus ibi proficit affectus. Et dionysius. de diui ni. no. c. vij. De sapia dicit qḋ multo altius ascendit affectus nr̄ a vis affectiua q̄ vis agnitiua. Ait enim sic. Oportet cognoscere nōm intellm quendā hr̄e po[ma] ad intelligendū per quā videt intelligibilia. vnitionē vero excedētē intellectus nām per quam coniungit ad ea que sunt vltra se: a qm altius eleuat ipsa vis vnitiua in homine. Ideo hz quandā preci puā excellentiā dignitatis a habitus ipsam perfici ens est alijs habitibus maior a excellentior: ac per h statui glorie cōformior. Penes largitatē et diuino rū munerū rō sumit qz viris sanctis dñs largitatem sue benignitatis quodāmō cōicat a pregustare fa cit dulcedinē eterne refectionis vt in tribulationi bus nō succūbāt a in vastitate heremi pre ariditate a inopia refectionis nō deficiant. Cū ergo sapere celestia nō possit nisi gustus dispositus ɓm dispositionē illi statui ɔuenientē. diuine largitatis mun[us] hoc requisiuit vt gustui nostro daret habitus a dispositio ɓm quā statui glorie esset conformis. Hec aūt dispō est habitus charitatis per quā dispositi sum[us] ad spūalia degustāda ɓm qḋ vult magr̄ Hugo. Jō charitatis hit[us] nō euacuat sed magis ɔsūat i pr̄ia.

Sexto queritur.

Utrū Charitas habeat in patria dilatare. ¶ Nota illud dr̄ dilatari quod acqrit maiorē latitudinē. ¶ Rn̄sio qḋ lōgitudo charitatis duplr pōt attendi: vz in magnitudine libertatis a ista potest vocari intēsiua. Et diligēdorū multitudie: a ista potest vocari extensiua. Prima latitudo est charitati eēntialis. sed secūda est eidē accidētalis. Quantū ad primā latitudinē cōcedendū est charitatē in patria dilatari qz crescit eius bonitas a cōicationis liberalitas a virtuositatis laudabilitas: a pro ista sūt rōnes aū opp[m] vltima sic hēt. Affectio sequitur cognitionē sed in pr̄ia cognitio dilatabit a ampliaf: ergo necesse est charitatis affectionem sūr dilatari. Quantū aūt ad secundā latitudinē charitas in patria nō dilatabit quin potius restringet nō rōne ipsius charitatis ɓm se sed ex parte diligibiliū. pauciora. n. erunt diligibilia. Nunc aūt ex charitate diligendi sunt qui sunt in statu patrie siue qui sunt i statu vie qui ordinati sunt vt possint ad illū statum peruenire. Sed post ɔsumationē numeri electorum solū illi ex charitate diligēdi erūt qui erūt in statu patrie: quia alij nō erunt potētes peruenire ad illi[us] summi boni participationē. Concedendū est q̄ qḋ charitas in patria dilatabit intensiue. Ampliori. n. affectu diliget deus in se a in creaturis suis adeo vt ille qui mō videt esse remot[us] in patria sit amantissimus a ampli[us] inuisceratbit sibi tūc charitas oēs beatos q̄ modo possit homo vnū amicissimū sibi affectuose diligere. ¶ Nota qḋ dicit in oppositum quanto virtus magis est vnita tanto magis est infinita. i. tanto magis potest in multa.

Septimo queritur.

Utrū ordo charitatis in pr̄ia habeat imutari. An sic sit ordo pr̄ie qui ē ordo vie vt h nospos a deide proxios diligam[us]. ¶ Rn̄. Circa hic qōnē ē dupler mod[us] dōl. Un[us] ē qḋ i pr̄ia saluat ordo charitatis q ē i via n tm̄ p cōparationē nr̄i ad deum sed etiam per comparationem nostri. Un in oī statu siue glorie siue vie plus hō diligit se ipsum q̄ proximū: a plus circa seipsum afficit. deinde plus circa illos qui ei ɔiuncti sunt q̄ circa illos qui sunt minus cōiūcti. ¶ Alius aūt modus dicēdi est qḋ dupler est ordo charitatis. Quidā conueniens charitati ɓm se: qui quidē attendit ɓz gradū a dr̄as boni vz assignatas ab Augu. ante. Al[ius] est qui attēdit rōe nature substracte: vtpote ille qui est ɓm dr̄ias propr̄q a alieni propinqui a remoti. a iste ordo assignat ab Ambrosio superius. Un[us] isto rū modorū. s. ille qui est charitatis ɓm se manet in patria: ille. n. est charitati essentialis. Unde magis diligit hō in patria deū q̄ spūm creatū: a spm magis q̄ corpus. Aliusvero qui attendit ratione nāe sbstracte nō manebit pro eo qḋ nō cōpetit illi statui Jn statu nanq; beatitudinis perfecta erit obedientia nature respectu glorie: perfecta cōformitas voluntatis nr̄e respectu diuine: perfecta etiā redūdātia letitie cōis: vide ad longū in textu. ¶ Nota dictum btūs Ansel. in prosol. c. vi. Jn illa perfecta charitate innumerabilium angelorū a hominū beatorū vbi nullus minus aliū q̄ seipsum diliget nō aliter gaudebit quisq; pro singulis alijs q̄ pro seipso: primus ordo est cōior. Secūdus est subtilior vterq; m probabilis. Uide dn̄ arilion in secūda parte prime qōnis huius distinctionis.

Circa trigesimamse//

cundam distinctionē querit. Utrū deus dilexerit creaturas eternaliter. i. ab eterno. ¶ Rn̄. Uerba que dicunt de deo sūt in triplici dr̄ia. Quedā dicunt de deo respectū creature a ad extra. Et sunt illa que cōnotāt effectum in actu sicut verbū creādi. Un cōnotare est aliqd per principale significatū importare. Quedā que cōnotāt effectū in habitu. i. in po[a]: sicut vocabulū predestinādi. Quedā que indifferēter dr̄ vtroq; mō sicut vocabulū diligēdi. Deus. n. dr̄ aliquid diligi vel qz actu cōicat ei bonū: vel qz proponit cōicare. Et qm cōicatio est effectus in tpe: ppositū vero cōicandi est ab eterno. Hinc est qḋ diligere de deo aliqū dr̄ eternalr aliqū tpalitēr dr̄. ¶ Un dupler ē dilectio. s. electionis a approbationis. Prima est ab eterno qz ab eterno intellexit Petrū a oēs electos: intellexit etiam Judam ab eterno a oēs reprobos a istos nō elegit: qz nō obligabat alicui. Ideo primos elegit ex mera grā: alios aūt nō: necvolui dare aliquid bonū. Alia est dilectio approbationis: et est in actu. Ideo deus in hac dilectione nō diligit eos qui actu sunt mali: nec approbat sed reprobat in glo

inquantū mali. ¶ Nota q deus diligit creaturas effectu ⁊ nō affectu: q affectio est vinculum amici de quo aliq colligunt: ⁊ pōt eē in bonis ⁊ malis: q passio est: ideo nō est in deo. Dilectio.n. debet eē ef ficax. Frui est alicui adherere amore propter se vti aūt est alicui amore adherere propter aliud.

Queritur secundo. Utrū oēs creaturas de⁹ diligat generaliter. ¶ Nota duplices sunt creature quedā rōnales vt angeli ⁊ hoies quedā irrationales vt oīa irrationabilia ⁊ in sensitiua. ¶ Rñ. Notandū ad intelligentiā questionis q deus nō dicit creaturā diligere rōne affectionis sed rōe cōicationis alicuius boni.i. rōne dilectionis affectiue: ita q dilectio dei potius dr esse dilectio effectus q̄ affectus. Cōicatio aūt diuine bonitatis attendit ī duplici genere effectus: vz in effectib⁹ nāe ⁊ in effectibus grē. Effectus nāe oib⁹ est cōis: effectus gratie vero nō. Hinc est q dilectio dei quātū ad effectum nāe est oib⁹ cōis ⁊ generalis: ⁊ ɓm hanc dr diligē oēm creaturam. Quātū ad effectū grē est spālis ⁊ ē illa qua deus ordinat aliquē ad bona grē ⁊ glorie: ⁊ quantū ad istū quosdā diligit: quosdā odit: q quidam hnt in se effectū grē: quidā defectū culpe ⁊ pene. vñ ex hoc sequit q bñ stat dilectio dei generalis alicuius cū odio spāli. Rōnes ḡ oēs que inducunt ad primā partē ⁊ probāt deū diligere oēm creaturā: q pbant de dilectione cōi que attendit quātuz ad cōicationē boni generalis vtpote nālis bonitatis. Uñ Sap.xi. Diliges oīa dñe ⁊ nihil odisti eoꝝ que fecisti. Itē Gen.i. Uidit deus cūcta que fecerat ⁊ erāt valde bona: sed summū bonū nō pōt non diligere bona. ḡ deus diligit oēm creaturā. ¶ Ad illud qd obijcit a Hugo. de scō vict. q amor trāsformat amantē in amatū. Dicēdū q illud verum est ꝺ amore affectionis qui facit in alteꝝ tēdē. sed amor diuinus non est amor affectionis inclinans ad alterū sed alia inclināns ⁊ trahens ad seipsum.

Tertia questio. Utrū de⁹ diligat omnes creaturas equaliter ita diligat creaturas irrōnales sicut rōales. Rñ. q de dilectione dei est loqui dupl'r. vz ɓm eēntiam siue ɓm nām ⁊ ɓm efficaciā siue ɓm actū essentialē ɓm effectū ꝯsequentē. Si aūt loq̄mur de dilectione q̄tum ad eēntiam siue quantū ad actū essentialē: sic nō tm̄ equali dilectione diligit oīa immo tātū vno ⁊ eodē actu simplici ⁊ indiuisibili nullo variabili que q̄dē est diuina vña diligit se ⁊ oīa alia. vña ē valet sicut eēntia ⁊ qcqd est in deo est sua vña.i. essentia sua. iō diligit se ⁊ oīa dilectione infinita ⁊ immutabili. Si aūt loq̄mur de dilectione quantuz ad efficaciā siue q̄tū ad effcm̄ ꝯñtē: sic cū effectus ab ipsa dilectione dei procedentes sint ordinati ⁊ se excedētes. Deus magis diligit nos ī patria q̄ in via: nō tñ magis intēsiue sed quātū ad efficaciā: q causabit in nobis fruitionē supplius. mō aūt solūz causat in nobis fidē. ¶ Scotus rñdet ad istā q̄ōnē ⁊ dicit sub alijs verbis tñ in idē redit qd est loqui ꝺ dilectione duob⁹ mōis vel per se vel de connotato. Ponit etiam vnum alium modū respondendi sub alijs verbis clarioribus qui in idem redit.

Queritur quarto. Utꝝ de⁹ magis diligat hominē q̄ angelū an ecōuerso. ¶ Rñ. dōm q cū de⁹ dicat diligere creaturas effcū ɓm q duplex est effcūs principalis dei respcū creature rōnalis ɓm ħ pt dilectio dei maior ⁊ minor dupl'r ꝯsiderari. Est.n. effect⁹ cōditionis ⁊ effcūs repationis. Et in effectu ꝯditiōis i. creatōis pcipue manifestat dei po^a: sed in effectu repationis pcipue manifestat dei mīa. Et in vtroq manifestat dei sapīa. Si ḡ loq̄mur de dilectiōe dei q̄tū ad effcm̄ creationis: sic magis dilexit angelos q meliora ꝯtulit eis nālia q icorruptibilia ⁊ magis potētes eos fecit: ⁊ in eis magis manifestat diuina po^a. Si aūt loq̄mur q̄tū ad effcm̄ reparatōis sic magis hoies diligit q̄ angelos qm̄ angelos deseruit: hoies aūt releuauit. Et sic pz q ɓm diuersos effectus hō ⁊ angelus in dilectōe dei se mutuo excedūt. ¶ Si aūt q̄ras q̄ istaꝝ dilectionū magis excedat reliquā. Tūc rñdēdū est q est loq de dilectiōis excessu: vt nūc vel simpl'r siue ɓm statū pñtē vel ɓm statū finalē. Si loq̄mur de excessu dilectōis ɓm statū pñtē sic ꝯcedēdū est q magis diligat āgelos q̄ hoies. Si vo loq̄mur ɓm statū finalis glīe in q̄ reparatio fiet ⁊ erit ꝯsumata: sic vr satis rōnabil'r posse dici q magis diligat hoies. De pluribus.n. habebit hō in padiso vñ gr̄as ⁊ deuot⁹ existat deo q̄ angelic⁹ ordo: tū pp bñficiū incarnatiōis: tū pp bñficiū redēptionis: tū pp bñficiū eminētis glorificatiōis q̄ nō tm̄ manifestant erga nos diue charitatis magnitudinē: sed ēt ei⁹ nimietatē: ɓm illō qd dr ephe. ij. De⁹ qui diues est in mīa pp nimiā charitatē qua dilexit nos cū eēmus mortui pcō: ꝯuiuificauit nos xpo: ⁊ pro ista parte sūt rōnes in oppo^m. Uide ibi.

Quinto queritur. Utrū de⁹ magis dilexerit genus humanū q̄ xpm. ¶ Rñ. dōm q xps nōiat personā in duabus nāis: quaruz vna est nobilitatis ⁊ dignitatis infinite. s. nā diuina. Et ipsa persona in sec in natura vnita ratione persone (non in se) hz quandā nobilitatē ⁊ dignitatē singularē ⁊ inestimabilez ḡ absq omni calumnia pōt concedi ⁊ dici q deus magis dilexerit ⁊ diligat xpm q̄ totū gen⁹ humanū ⁊ hoc satis expresse colligit ex verbis Ansel. vbi ondit q vita illi⁹ hoīs ppōderabat toti mūdo imo ēt mille mūdis. sz ꝯ hr Jo. iij. Sic dilexit mūdz vt filiū suū vnigenitū daret. sz q dat aliqd p aliq̄ magis diligit illō p q̄ dat q̄ id qd cōmutat: si ḡ de⁹ filiū suū dedit pro salute gñis hūani. vr q magis gen⁹ humanū q̄ xpm dilexerit. ¶ Dōm q illud est veꝝ qn̄ p̄cīū ab emēte oīo alienat ⁊ trāsfert in dñiū alienuz. sic aūt nō est in pposito: q pr̄ nō tradebat xpz sine spe rehabēdi eū: imo sic tradidit eū ad mortē tpalē vt sine mortis dispēdio susciperet eū ad vitā imor

tale. vñ xp̄s q̄uis vitaȝ suā pro nobis posuerit nō tñ illā amisit qꝛ eadē virtute qua aīam posuit volēdo pati: ipam resumpsit volēdo resurgē. Solutio argumēti. ¶ Ad .2. dr̄ ꝙ stultus est mercatoꝛ q̄ emit rē carius q̄ȝ valeat. Dōm ꝙ illud nō hȝ veritatē nisi in eo mercatore qui hȝ indigentiā precij ⁊ potius intēdit in mercādo seipsuȝ ditare q̄ȝ alienā inopiā releuare. Nō sic aūt est in deo qui est diues in misericordia ⁊ bonoꝝ nostrorum nō indiget: qui mercatoꝛ pp̄ suam vtilitatē augendā sed pp̄ nr̄am inopiam releuādā: qui ēt nō mercat ad suī vtilitatis promotionē sed potius ad liberalitatis ostēsionē. Et preterea maiori precio voluit nos redimere q̄ȝ nos valeremus: vt eius liberalitatē circa nos cognoscentes ex totis precordijs eidē adhereremus vt eum diligerem⁹ ⁊ ēt preciositatē nr̄am ex tanti p̄cij immensitate melius cognosceremus. ¶ Alia solutō. Preterea deus nō redimebat ab alio .s. diabolo vl' hoīe aliquo sed a seipso. Manus .n. misericordie redimebat a manu iustitie in qua redēptione nō tm̄ considerabat preciositas rei empte sed ēt dignitas ipsius iustitie cui illatū fuerat damnū ⁊ offēsa. Et qꝛ offensio diuine iustitie imēse quādā hēbat imēsitatē. Jō q̄uis hō redēptus nō esset valoris infiniti necessariū tñ fuit ipum redimi p̄cio multo maiorio ⁊ imēsioris valoris q̄ȝ sit valoꝛ gn̄is humani.

Sexta questio.

Utrū magis deus dilexerit Joānē q̄ȝ Petrū. ¶ Rñ. Notādū ꝙ Joānes dilexit dulci⁹ ⁊ Petrus feruētius: qꝛ Joānes accepit sp̄ialem grām ad amādū deū in se per cōtemplatiōis saporē. Petr⁹ vero precipue ad diligendū deū in proximo per actionis laborē. Et hinc est ꝙ petrus diligebat a xp̄o fortius q̄tuȝ ad effectū interioris. Joānes familiarius q̄tum ad signa exterioris cōuersationis: nec est incōueniēs Joānē Petro preponi: vt dicit chrisostomus. Diligebat .n. dñs Joānē magis familiariter pp̄ ingenuā mansuetudinē ⁊ pp̄ virginalem puritatem: ⁊ ēt pp̄ iuuētutē que ēt ceteris paribus facit hominem diligi magis tenere ⁊c̄.

Circa trigesimamtertiam distinctionē querit. Utrū oportunū sit .i. necesse vel vtile sit preter virtutes theologicas cardinales ponere: qd sit virtus cardinalis ⁊ theologica. vide in di. ix. et supra in fine. q. vij. ¶ Duplex ē oportunitas necessitatis .s. ⁊ vtilitatis. Illud dr̄ oportunū oportunitate necessitatis qđ est necessariū. Illud dr̄ oportunū oportunitate vtilitatis qđ est vtile. ¶ Nota q̄tuoꝛ sunt virtutes cardinales que respiciunt proximuȝ tres aūt sunt theologice que respiciūt deū. De vtraq ēt oportunitate est q̄ p̄us. Duplex est tm̄ necessitas. Quedā absoluta. ⁊ de ista nō intelligr. Alia cōditionata est ⁊ de ea est q̄ p̄us. ¶ Rñ. Notanduȝ ꝙ generalis necessitas oīm virtutū theologicaruȝ ⁊ cardinaliū est ad rectificandū potētias aīe ꝯ obliquitatē ⁊ ad vigorandū ꝯ difficultatem. Ois potētia que pōt recte ⁊ nō recte agere in operibus suis electalis po^a indiget aliquo regulante ⁊ directore ad hoc ꝙ recte agat. Ois po^a que difficulter agit indiget aliquo habitu vel aliqua virtute ipam habilitantē facilitantē ⁊ vigorantē: ⁊ sic est de voluntate nr̄a que est defectibilis: ideo indiget virtutibus ipsam regulantibus. Et qm̄ conuenit hoīem ordinari ad deū conuenit nihilominus hominē ordinari ad proximū ⁊ ad seipsum: ⁊ in his pōt obliquari ⁊ ipediri siue retardari. Hinc est ꝙ nō solū indiget habitibus ipm vigorantib⁹ prout ordinat ad seipsum: ⁊ rectificantibus prout directe tendit in deū cui⁹ sūt habitus virtutū theologicarū: sed ēt indiget habitibus ipsum regulantib⁹ ⁊ rectificantib⁹ prout ordinat ad seipsum ⁊ ad proximū: ⁊ tales sunt habitus virtutū cardinaliū siue moraliū. Un̄ sicut preter precepta prime tabule que directe ordinant i deuȝ oportunū fuit precepta secūde tabule ponere q̄ ordinant ad proximū sic ēt in hītibus est intelligēdū ⁊ ppterea preter habitus virtutū theologicarū necessariū est ad salutē ponere habit⁹ virtutū cardinalium. ¶ Queritur secundo de virtutibus cardinalibus quantum ad ipsarum diuersitatem.

Queritur secūdo.

Utrū oēs virtutes cardinales sint vna virtus an diuerse. ¶ Rñ. dōm ꝙ est log̃ de virtutib⁹ cardinalib⁹ tripl'r: vel q̄tum ad formam per quā sunt gratuite: ⁊ q̄tum ad formā per quaȝ sunt meritorie: ⁊ q̄tum ad formā per quā sunt ad sp̄ales actuū dr̄ias ordinate. Si loquimur de forma per quā sunt gratuite: sic in illa potius vniunt q̄ȝ distinguunt: qꝛ illa forma est grā gratūfaciens: q̄ lȝ sit vna tm̄ gratā reddit deo aīam cū vniuersis potētijs eius ⁊ habitibus virtuosis. Si loquamur de ipsis virtutibus q̄tuȝ ad formā per quā meritorie sunt ⁊ hn̄t rōnem merēdi perfecte: sic magis cōnectunt ⁊ vniunt q̄ȝ distinguant: qꝛ illa forma ē charitas per quā virtutes cetere tanq̄ȝ pondere vnico ad vnū finē vltimū inclinant quasi ad locū p̄priū. Si vero loquamur de ipsis virtutib⁹ s̄m formam per quā ad sp̄ales ⁊ actuū dr̄ias sunt ordinate. sic dico ꝙ virtutes cardinales essentialiter ⁊ formaliter distinguunt. Et eaꝝ diuersitas colligit ex gn̄ga cōparationib⁹ sicut in oppo⁹ pȝ. ¶ Nota opera moralia dr̄r illa que eliciunt vel imperant ab ipa voluntate s̄m eē cōpletū dictamē recte rōis. ¶ Opera meritoria dr̄r illa que eliciunt a volūtate s̄m inclinationē charitatis vel grē. Propō. Oē op⁹ meritoriū est op⁹ morale ⁊ nō ecōtra. ¶ Virtutes cardinales vno⁹ dr̄r vtutes que habilitāt ad opa moralia. Alio⁹ dr̄r v̄tutes nō solū que habilitāt ad huiusmodi opera sed ēt qꝛ eleuāt ad opera meritoria. ¶ Scđa ppō. Virtutes morales inq̄tum inclinant vel habilitāt ad opera meritoria moralia: radicati sunt a nā sed cōpletiue vel ab operū frequētia: vel a grē influentia ⁊ presidentia vel ex vtraq̄. Et inqui

in quā sunt radicaliter: q: plantata habemus in nostra nā rectitudinem per quā apti sumus lz imperfecte ad opa virtutis ⁊ honestatis: sed dū assuescimus paulatim efficit nobis facile qd pri⁹ erat difficile sm qd dicit Bernar. ad eugeniū q nihil est adeo difficile qd ɔsuetudo non reddit facile.

Tertio queritur. De virtutib⁹ cardinalibus q̄tuz ad durationē. Utrū in patria maneāt an euacuēt. ¶ Rn. dōm q actus nostri oēs gloriosi erunt fortes ⁊ iusti: prudētes ⁊ casti. ita q iustitia excludat omnē obliquitatē. Prudentia omnē errorē: fortitudo omnē molestiā: tēperantia omnē libidinū repugnātiam sm quod dicit Augu. ⁊ mgr tangit infra. Et sic patz q virtutes cardinales excellentio: modo manebūt in patria q̄z sunt in via. Unde rationes concedende sunt ⁊c.

Circa trigesimāquartam distinctionē queritur primo. Utrū dona ⁊ virtutes ab inuicem differant. ¶ Notandū sex sunt gnā donoꝝ spiritualiū p que dns decorat aīam suā tanq̄ sponsus ⁊ pulchrificat. Primū donoꝝ genus sūt virtutes. scdm sunt dona. tertiū sunt btitudines. quartū sūt fructus. quintū sunt sensus spūales. sextū gen⁹ sūt sacra. ¶ Primū genus sunt virtutes tres theologice scz fides: spes: ⁊ charitas. ⁊ quattuor cardinales. s. iustitia: prudentia: fortitudo ⁊ temperantia. ¶ Scdm genus sunt septē dona spūsci. s. sapientia: intellectus: scia: ɔsilium: fortitudo: pietas: ⁊ timor dei Esa. xj. Requiescet super eū spūs dñi: spiritus sapie ⁊ intellectus: spūs ɔsilij: ⁊ fortitudinis spūs scie: ⁊ pietatis. Itē grego. super Job. Nati sūt ei septē filij dicit. q. septē dona spūssancti. ¶ Tertium gen⁹ sunt btitudines ⁊ sunt octo: paupertas: luctus mia: mititas: cordis mūditia: pax: patiētia: psecutio pro xpo. ¶ Quartū genus sunt duodecim fructus. Gal. v. Charitas: gaudiū: pax: patientia: benignitas: bonitas: longanimitas: mansuetudo: fides: modestia: cōtinentia: castitas: ¶ Quintum sunt sensus spūales ⁊ sunt duo p modū intellectus scz visus ⁊ auditus: visus a se: auditus ab alio: tres vero per modū affectus. s. odoratus a lōginquo: sapor a proximo: sed tactus de cōiuncto. ¶ Sextū genus donoꝝ spūalium sunt septem sacramenta put in quarto dicet. ¶ Nota q aīa per virtutes recte agit per dona spūssancti expedit ⁊ p btitudines pfecte. Jō per habitus virtutū potētie aie rectificant: p dona expediunt: ⁊ p habitus btitudinū ad agendū siue patiendū pficiunt. ¶ Nota sm Scotum in pnti distinctione q virtutes dona ⁊ btitudines fructus ⁊ sensus spūales possūt reduci ad virtutes. Unde ibi. Sunt idē essentialiter lz diuersis noibus nominent. ¶ Notandū virt⁹ sm Augu. est bona qualitas mētis qua recte viuit qua nemo male vtit quā de⁹ in nobis sine nobis opatur. Sed vtraq istaꝝ diffinitionū cōuenit cuilibet dono ⁊ cuilibet virtuti: quoꝝ aūt diffinitiōes sunt eedē ⁊ ipsa sunt eadem: ergo vr q virtutes ⁊ dona habeāt idētitatē omnimodā.

Circa secundam huius distinctionis partē querit primo. Utrū timor seruilis sit donū spūssancti diuinitus datū. ¶ Notādū timor est triplex. s. passiōalis: actualis: ⁊ habitual. Prout est cōis istis tribus pōt sic describi. Est quedam resilitio ab obiecto arduo siue excellenti siue illud sit bonū siue malū: ⁊ pōt hec diffinitio conuenire istis tribus. s. timori passionali actuali ⁊ habituali. Quodcūq obiectū qd est arduum ⁊ magnū siue sit bonū siue maluz est obiectum timoris. Ibi tangit actus timoris qn dr resilitio. Et dr malum vel bonū ɔ Damascenū. ¶ Ubi nota q duplex est resilitio. Quedā est ab obiecto malo: ⁊ sic resilitio est cū fuga respectu mali. Alia est resilitio ab obiecto bono: ⁊ ista est cū reuerentia ⁊ isto mō resiliunt boni ⁊ boni. ¶ Ulterius notandū q timor passiōalis idē est q ipsa passio. ⁊ est quedā affectio aie sm quā dr expectare futuꝝ malū. Et capit ibi affectus p passione. Oēs doctores ponūt quatuor passiones q̄ sunt quatuor affectiones. s. gaudiū ⁊ spes: ⁊ iste sunt de obiecto ɔuenienti q: gaudiū est semp de bono pnti: ⁊ dolor est de opposito. s. de malo pnti. Spes aūt est de bono futuro: ⁊ timor est de malo futuro. Affectio aūt ponit loco generis. sm quam ad dr̃iam spei. Aliter describit sic. Timor est expectatio obiecti discōuenientis distātis. Et ista datur ab Aug. ⁊ ponit expectatiō loco generis ⁊ ponitur distans p futuro. Iste timor nō erit in patria: q: sp est circa malū. Jō nō est descriptio generalis ipsi⁹ timoris. ¶ Notandū q timor passiōalis diuidit in sex sm Dama. Quidā q dr segnities: ⁊ ē timor future opationis. Scdus est verecūdia: ⁊ est timor ex turpi actu sicut faciēs aliqd nepharium timet ne videat. Tertius timor est erubescētia ⁊ est timor in expectatiōe ɔuitij. Quartus est admiratio: ⁊ est timor ex magna imaginatiōe vel fantasia. Quint⁹ est stupor ⁊ est timor ex insolita admiratiōe. Sextus est agonia: ⁊ est timor qui aliqn vocat naturalis a damasceno: ⁊ est timor cuiuscūq aduersitatis offendētis affectiōis nre. ¶ Corr̃. Nullus timor passionalis ē vitiosus ⁊ culpabil: nec virtuosus vl laudabilis moralr: q: in his qui sunt nobis a nā nec laudamur nec vitupamur: ⁊ iste timor passiōalis est nālis. Iste fuit qnq in xpo qn. s. orauit in orto. ¶ Sciendū insup q ⁊ timor actualis diuiditur i sex. Primus est nālis: ⁊ est ille quo qs timet aliqd horribile siue mortē ⁊ est an rōnis deliberationē: ⁊ iste multū ɔcordat cū agonia xpi. ¶ Scdus humanus quo qs mauult peccare mortalr q̄z sustinere aliquā lesionē in corpe vel mortē. ¶ Terti⁹ mūdanus quo quis preeligit peccare mortalr q̄z perdere bona tpalia vel possessiōes suas: ⁊ isti duo ti-

mores sunt vitiosi et prohibent a xpo ibi. Nolite timere eos qui occidunt corpus. ¶ Quartus est timor seruilis: et sic describitur ab Augu. Est quo quis timet penā gehēne: et quo quis ptinet se a petis. Ex hac particula habet et sequit q demones non hnt istū timorem seruilē quo et pñtiam iudicis metuit et pena pro pcis ab ipso infligēda metuit: et iō magis timetur iudex q̄ȝ pena. Iste est primus timor virtuosus vilis et bonus et p quē paulatim fit consuetudo iustitie. ¶ Quintus est timor initialis q̄ quis timet peccare ptim pp penam: et partim ppter amorē dei. Et iō hȝ duos oculos: vnū ad penā: et i. hoc ɔuenit cū timore seruili. Aliū ad amorē: et in h ɔuenit cū timore casto. et iō doctores capiunt aliqñ p vtroq3: vñ hō hȝ istū timorē qñ incipit hre charitatē et isti duo timores euacuabūt in pria. ¶ Sextus est timor castus reuerētialis vel timor filialis q̄ quis solo intuitu amoris timet offendere deū vel separi ab eo: et istū timorē hnt boni et etiā bti. Et sic pȝ q sunt triplices timores virtuosi gradati se hñtes: pmus bonus. s. seruilis. secūdus melior. s. initialis. tertius optim⁹. s. castus et reuerentialis. ¶ Timor horribilis est ille quo quis timet cū maxia ɔfusione et turbatione iudicē ne sibi infligat penā pro offensa a q̄ tñ nō vult recedere sed in ea pmanere obstinatus: vel si habeat aliquā penā timet ne habeat maiorē cū timore et turbatiōe. Et iste est in dānatis et demonibus et aliqñ in viatoribus hoibus pessimis: vt pȝ de Cayn. ¶ Et nota q duplr dr timor gratuitus. quidā dr gratuit⁹ a gra gratisdata: et ē timor seruilis. alius est timor gratuit⁹ a gra gratūfaciente et iste vocat timor filialis. ¶ Et nota q quot sūt timores actuales tot sunt timores habituales excepto nāli cui rñdet inclinatio naturalis. ¶ Scđs termin⁹ est donū spūsci. Donū capit quatuor modis. pmo cōmunissime. scđo cōius. tertio cōiter. et quarto pprie. cōissime capit p oi eo qđ ē alicui liberalr cōicatū siue in propria psona siue i aliis donis. ¶ Primū dcm. Ois entitas siue sit creata siue increata. isto mō est donū. Nā pr liberaliter cōicat eēntiā suā filio et pr et filius spūiscto: et istud est primū donū. Oē et eē creature libere et liberaliter dat a deo sm illud. Quid hēs q nō accepisti. Pr et pōt dici donū sm illud Joh. xv. Ego et pr ad eū veniem⁹ etc. Donū cōius captū capit pro oi illo q est liberalr pductū ab aliq̄ et datū liberaliter alicui: et hoc mō ois creatura ē donū: spūscūs et est donū hoc mō vt pȝ et et fili⁹ put dr Esa. Fili⁹ dat⁹ est nobis. isto mō pr in diuinis non pōt dici donū. qr nō est dat⁹ sȝ dat. pmo mō tñ ē donū. Et dria ē inter pductū liberalr et pductū libere filius pducit liberalr nō libere: solus spūs scūs pducit a pre et filio libere: qr pr pducēs filiū pducit ipm nālit nec recipit aliqd ab eo. Donū cōiter captū capit p aliquo bono libere collato alicui quasi in possessionē eius trāslatū et dñium: et isto modo accipiūt donū dñi iuriste. Donū proprie capit p dono qđ ē oē

donū: p qđ oia alia hnt rōnē doni. et sine quo nihil hȝ rōnē doni. Et isto mō amor est donū et hoc vult scūs Bonauē. in pmo distin. x. ¶ Scđa distictio d dono et capit q̄drupl. s. cōiter: stricte: strictius: et strictissime. Cōiter est donū: donū oē qđ libere liberaliter volūtarie et gratuite cōicatū ē creature: et sic oia nālia et gratuita nra dnr donū: sm illud Jac. i. Oē donū optimū. i. dona nālia: et oē donū pfectū. i. gratuita dona vt vult glo. ɔseruatio et sanitatis dr donū hoc mō et breuiter oia. et sic nō capitur h. Donū alio mō capit stricte: et sic ē oē bonū a do collatū libere: supadditū ipi creature p liberalē et beniuolā sui coopationē ipi⁹ vel coopantis nāe nostre: et sic iustificatio ipa ē donū dei. Castitas et scia et oēs virtutes sunt dona dei. Stricti⁹ donū est oē bonū collatū a deo liberalr supadditū nālibus per imediatā infusionē a deo sine nobis coopantibus vt fides: spes: et timor seruilis: et aliū et duo timores. Quarto capit donū strictissime p oi bono collatū a deo sic q est eēntialr gratuitū a gra gratūfaciente. et sic septē dona spūsancti dnr dona hoc modo: qr sm istū doctorē semp sunt gratuita. qđ phs non est de primo dono nec de scđo sed de tertio. Jō dicit diuinitus datū. i. infusum. Donum est datio irredibilis simplr et est cōis descriptio. ¶ Respōsio ad qōnem. Absq3 dubio timor seruilis est donum spūsancti. Et rō huius est qm sicut donum dei est nosse siue credere penas futuras pro eo q ibi est q̄dam cordis illuminatio et directio: sic donum dei est illas penas eternas refugere et timere pro eoq3 ex tali dono est quedā cordis emollitio. et fluxus cōcupiscentialis restrictio: et in hoc quedā rectificatio. Qd. n. ibi fit emollitio satis innuit Hieremias propheta cū dicit indurasti cor nostrū vt nō timeremus te. Qd ibi fit fluxus concupiscētialis restrictio: innuit pphera in ps. Confige timore tuo carnes meas: et qđ qdem non solū fit timore casto: sȝ et seruili quo timent eterna supplicia et timent diuina iudicia. Et propter illoq3 timorē cessat homo a peccatorȝ perpetratione: lȝ non oino cesset a voluntate: sicut dicit glosa: et qđ est totum ex diuino munere. Unde Prouerb. xv. In timore dñi declinat omnis a malo. Et Esa. xxvi. A timore tuo dñe concepimus et parturiuimus spm salutis. ¶ Illud qđ dicit iste doctor ibi pp illoȝ timorem cessat hō a peccatorū perpetratione. Licet non oīno intelligat q non peccet actualiter: qr totaliter cessat volūtate et opere lȝ habitualiter non cessat qr libenter peccaret nisi timeret penam inferni et diuinū iudicium. ¶ Quando dr q timor seruilis principaliter respicit penā intelligendū sm aliquos doctores. idest diuinū infligentē penam et punientē et sumit ab euāgelio ibi. Eum timete qui pōt corpus et aīam pdere in gehēnam. Non dicit timete penā sed dñm.

Tertio queritur.

De timore gratuito q̄ntum ad diuisionem qua diuiditur in initialē et filialem. Utrū

iste sint

iste sint diuerse timoris species. ¶ Notandum duplex est timor gratuitus. Quidam a gratia gratis data: et est timor seruilis qui vtroque oculo respicit deum vt punientem: et de isto non est ad propositum hic. Quidam est gratuitus a gratia gratum faciente. Et iste est duplex quidam est qui dicitur initialis. Alius qui dicitur filialis. Et istis duobus modis est hic ad propositum. Et est questio vtrum distinguantur in genere moris: sicut homo et asinus in genere animalis. ¶ Responsio est triplex modus dicendi in ista questione. Primi duo modi sunt insufficientes et parum valentes. Ideo doctor iste eligit mediam viam scilicet quod timor initialis et filialis non tantum differunt sicut differunt species formaliter differentes: cum vnus quodammodo sit materialis respectu alterius et quodammodo claudatur in altero. Timor enim initialis respicit penam et offensam. Timor vero filialis offensam quidem timet: et attendit summi patris reuerentiam: et sic vnus quodammodo se habet ex additione ad alterum et ideo non differunt sicut due species diuerse vnum genus diuidentes. Et tamen est ibi differentia solum quantum ad statum quia eo quod timor initialis principaliter aspicit offensam. Timor vero filialis et si vnum oculum habet ad offensam: principaliter tamen habet alium ad dei reuerentiam. Et quia diuersa habent principia motiua. Hinc est quod sunt diuersi modi timendi. Quia vero vnus clauditur in altero et alteri substernitur. Hinc est quod proprie loquendo non sunt alterius et alterius speciei possunt tamen dici diuersi timores tum ratione statuum: tum ratione modorum timendi: tum etiam ratione principalium motiuorum.

Quarto queritur. De timore gratuito quantum ad eius diminutionem. Utrum crescente charitate timor decrescat. ¶ Responsio obmissis opinionibus que parum valent dicendum secundum istum doctorem. Quod duplex est vsus ipsius timoris gratuiti. Unus in quantum quo cor hominis sollicitatur ex consideratione sue fragilitatis. Alius vero quo humiliatur ex consideratione sue paruitatis et diuine magnitudinis. Et primus vsus innititur cum charitatis perfectione: quia confidentia consurgit ex perfectione charitatis vt iam homo dicat illud apostoli Ro. viij. Quis nos seperabit a charitate christi etc. Alius vero vsus crescit charitate crescente: sicut timoris habitus. Unde Gregorius aliquis plus habet de spiritu amoris: tanto plus habet de spiritu timoris: quia tanto magis elongat a spiritu superbie siue tumoris secundum quod dicit augustinus.

Quinto queritur. De timore gratuito quantum ad euacuationem. Utrum in patria maneat an euacuetur. Dicendum quod sicut tactum fuit in precedentibus timoris est intueri tria: videlicet penam vt fugiat scilicet peccatum: offensionem vt illam caueat. maiestatem summam vt illi subiaceat exhibendo reuerentiam. Et secundum hoc triplex est differentia doni timoris. Unus qui principaliter respicit penam id est iudicem penam infligentem et iste est seruilis. Alius vero qui vnum oculum habet ad penam sed tamen principaliorem habet ad offensam vitandam: et hic est initialis. Tertius autem qui vnum oculum id est respectum: habet respectu offense vitande alium vero respectu reuerentie exhibende et sic est filialis castus amicabilis. Et si vnus vsus sit in refugiendo ne separet a deo. alter tamen excellentior et magis precipuus est reuerendo summam maiestatem domini resiliendo in propriam paruitatem. Et hic quidem vsus fuit in christo: et est in sanctis angelis et erit in omnibus sanctis et beatis. Et quantum ad istum oculum et vsum manet donum timoris in patria secundum illud ps. Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Et eccl. primo. Nihil melius quam timere deum. Quantum vero ad alios inferiores tollitur quia illi competunt ei secundum statum imperfectionis quia vero remanet ei vsus principalis: hinc est quod non dicitur euacuari sed magis perfici et saluari etc.

Circa distinctionem trigesimamquintam queritur. De actu et obiecto ipsius doni sapientie. Utrum actus ipsius doni sapientie attendatur penes cognitionem veri an penes affectionem boni. Hoc est querere vtrum actus sapientie sit perfectio intellectus vel voluntatis id est vtrum sit in voluntate vel intellectu. ¶ Respondeo quod sapientia quadrupliciter consueuit accipi tam a philosophis quam a sanctis. videlicet. Communiter et minus communiter et proprie et magis proprie. Communiter accipiendo sapientiam: sic sapientia dicit cognitionem generalem rerum secundum quod diffinit eam Augustinus. Et philosophus sapientia est cognitio rerum diuinarum et humanarum. Et philosophus dicit sapiens est qui omnia nouit secundum quod conuenit. Alio modo dicitur sapientia minus communiter et sic sapientia dicit cognitionem non quamcunque sed cognitionem sublimem videlicet cognitionem rerum diuinarum eternarum. Et sic accipit eam apostolus prime corinth. xij. Alij datur per spiritum sermo sapientie: alij secundum sapientiam scientie secundum quod exponit augustinus dicens: quod sapientia est cognitio eternorum: scientia vero cognitio creatorum. Et sic et dicit philosophus quod sapientia est cognitio causarum altissimarum. Tertio modo accipitur sapientia proprie: et sic nominat cognitionem dei secundum pietatem: et hec quedam cognitio est qua attenditur in cultu latrie quem exhibemus deo per fidem: spem et charitatem secundum quem modum accipit Aug. xiiij. de ci. dei exponens illud Job. Ecce pietas est sapientia idem est quod theosebia et theosebia idem est quod cultus diuinus quod consistit in tribus virtutibus vt ipse dicit in primo enche. ad laurentium. Quarto modo dicitur sapientia magis proprie. Et sic est cognitio dei experimentalis: cum dulcedine et suauitate dei et hec est vnum de septem donis spiritussancti: cuius actus consistit in gustando diuinam sapientiam suauitatem: et inde multotiens sapientiores habet alios minus sunt minus sapientes isto modo quia ibi cognitio ad ostium stat: affectio et amor intus intrat. Et quia ad gustum interiorem in quo est delectatio necessario

requirit actus affectiõis ad cõiungendũ ⁊ actus cognitõis ad apphẽdẽdũ ꝫm illud phi quo dicit q̇ delectatio est ꝯiunctio ꝯuenientis cum ꝯuenienti cum sensu eiusdem. Hinc est q̇ actus doni sapientie partim ẽ cognitiuus ⁊ primi affectiuus Ita q̇ in cognitione inchoat ⁊ in affecto ne cõsumat ꝫm q̇ ipse gustus: vel saporatio vel experimentalis boni ⁊ dulcis cognitio ⁊ iõ actꝰ pcipuus doni sapientie ꝓprijssime dicte ex parte affectionis. Rõne cuius dr̃ Eccĩ. q̇ sapiẽtia ꝫm suũ nomẽ est. Et gregorius dicit q̇ actus eius est reficere. Et dionysius dicit q̇ istius sapientie est amantem esse.

Secũdo queritur.

Utrũ actus pcipuꝰ doni scientie cõsistat in actione. s. in ope exteriori: vel in cõsideratione. i. contẽplatione. ℂ Rñsio. Notãduz q̇ sciẽtie quadruplex est dr̃ia. Quedã est que cõsistit in intellectu pure speculatio ⁊ hec est fundata supra pncipia rõnis: ⁊ hec est scientia acquisita de quacunque creatura: sicut scientia humane phie. Quedã est aũt que ꝯsistit in intellectu iclinato ab affectu: ⁊ hec est fũdata supra pncipia fidei: que qdẽ sunt articuli: ⁊ nihilominus acq̃sita: ⁊ hec sciẽtia est scripture sacre quaz nullus habere põt nisi saltẽ hẽat fidẽ informẽ. Quedã aũt est que consistit intellectu siue rõne inq̃tũ inclinat affectuz ad opationez: ⁊ hec fundata est supra pncipia iuris nãlis: que ordinatur ad rectitudinẽ ⁊ honestatez vite ⁊ hmõi est scientia virtutis prudẽtie. Quedã aũt est sciẽtia que ꝯsistit in intellectu ꝫm q̇ est inclinatus ⁊ inclinãs. Inclinatus inq̃z a fide ⁊ inclinans ad bonã opationẽ: ⁊ hec fundat super pncipia fidei: ⁊ ortũ hꝫ a dono grẽ: ⁊ talis est scientia que est donum spiritussancti. Et ex hoc pꝫ quis sit actus ꝓprius huius doni. Est enĩ actus eius dirigere ad agenda: ꝫ ꝑexigẽtiã regule ipsius fidei: cuius est dirigere ad opa mĩe vt non tñ bona pro nobis reddat ꝫm q̇ dictat lex nãe: sꝫ ẽt bona pro malis ꝫm q̇ dictat lex grẽ ad exẽplar ipsius iesu xpi in quo fuit grã abundãtia: ⁊ iõ ad ipsaz sciaz non solũmodo ptinet dirigere in agẽdis sꝫ ex consequẽti ptinet ei nosse ea que sunt fidei tanq̃ fundamẽtũ sue directionis: ⁊ vlterius nosse humanitatem xpi tanq̃ exemplar sui regiminis ita q̇ hic triplex actus ꝯueniat ei ꝫ triplicẽ respectũ. Unũ vꝫ respectu obiecti motiui: alter vero respectu sui fundamẽti: ⁊ tertius respectu exẽplaris excitatiui Et q2 pncipalis actus accipit ex pte obiecti. Hinc est q̇ pcipuus actus doni scie est dirigere circa actionẽ ꝫm q̇ dicit Augustinus. Actus ꝯsiliãdi ꝫ Tullium in primo rethorice. Est rõ excogitata. i. morosa non pcipitata quasi extra cogitata. s. p ⁊ contra: vere. i. recte ⁊ in bonis. Iõ capit abusiue consilium in euangelio. Ubi dr̃: collegerũt consilium aliquid faciendi vel non faciendi. ℂ Nota cõsiliũz dare non est magne vtilitatis nec ẽt magne virtutis. Cum multi sciant alijs cõsulere qui seipsõs regũt miserabiliter valde. Bonum. n. consilij est ordinatũ ad propriã primo ⁊ principaliter vtilitatẽ. Cõsulere ꝓut respicit alterũ accidit dono cõsilij. Donum. n. ꝯsilij ꝓprie respicit directionẽ actꝰ ꝓprij. Propter qđ dici põt q̇ actus doni ꝯsilij ẽ se ipsum dirigere. ⁊ vlterius cũ abundat scire in consimili alterũ adiuuare ⁊ dirigere.

CIrca distinctionẽ trigesimam sextã queruntur sex. Primũ de ꝯnexione virtutũ gratuitaꝝ. Et nota ibi q̇ ꝫm omnẽ statum veꝝ q̇ necesse est habentẽ gratiam: habere oẽs virtutes que sunt perfecte vel aliud eis correspondens. Ratio autẽ huius ꝯnexionis sumi põt quadruplr ꝫ quadruplex genus cã usẽ. Uide ibi satis pulchre.

Secundo

queritur. De ꝯnexiõe donoꝝ. Uide litteram.

Tertio queritur.

Utrũ sit cõnexio in virtutibus politicis ita q̇ vna habita necesse sit hr̃e oẽs (politicis) idest moralibus. ℂ Respõsio. Est duplex opinio. Prima est stoicoꝝ q̃ modo non tenet. Alia fuit opio de quibus fuit aristote. ⁊ tenet ⁊ dr̃ q̇ simpliciter loquendo vꝫ q̃tum ad omne tp̃s: ⁊ q̃tum ad ipsos habitus virtutũ: pꝫ q2 multi pollent virtute prudentie qui tñ non habent largitatem: aut virtutẽ patientie. multi ẽt iustitiam ad proximum seruãt: q̇ tñ in seipsis non hñt ꝯtinentiã.

Quarto queritur.

Utrũ sit connexio in vitijs ⁊ pctis. Et q̇ sic vr̃ Eccl̃s. ix. Qui i vno peccauit multa perdet bona. Itẽ Jaco. ij. Qui i vno peccauerit factus est oĩum reꝰ. ℂ Rñsio. dr̃m est q̇ cum ad pcm̃ duo concurrãt vꝫ auersio ⁊ ꝯuersio: duplr cõuenit cõpare vitia ⁊ pctã adinuicẽ: vel inq̃tũ auertunt ab vno bono incõmutabili: vel inq̃tum conuertunt ad bona cõmutabilia. Si ergo loquamur đ vitijs ꝫm q̇ auertũt ab vno bono cõmutabili sic priuant hoiem grã ⁊ ceteris virtutibus gratuitis Dicunt. n. gratuite a grã gratũfaciente iõ sine ipsa sunt informes: ⁊ faciunt. s. oĩa pcã hoiem dignuz priuari glia ⁊ premio corñdente oibus bõis meritis ⁊ hoc quidẽ ita sit per vnũ vitiũ: sicut per cetera. Et q̃tum ad hoc vitia ⁊ pcã hñt ꝯnexionez. i. ꝯuenientiã quandã: pro eo q̇ ab vno auertũt ⁊ oibus vitijs vnus ⁊ idem deus offendit. Si vero loquamur de vitijs q̃tum ad ꝯuersionẽ sic per conuersiões ad diuersa bona cõmutabilia diuerse oriuntur in nobis ꝓnitates in vitia: per que obligamur ad diuersa penaꝝ supplicia: ⁊ hoc modo i vitijs non est ꝯnexio q2 ꝓ quolibet punit hõ speciali pena sibi debita. Nec etiam possunt esse cõnexa ꝓꝑ repugnantiã pronitatũ: nec habent causaz ꝓꝑ quã cõnectãt q2 ex diuersis opibꝰ oriũt ⁊ ad diuersos fines tẽdũt. Qm̃ ĝ vitia ex pte ꝯuersiõis sumũt originẽ ⁊ distictionez: ex hac pte ꝯnexionẽ nõ hñt

licet

licet aliquo mō in aversione conveniant. ¶ Ad illud aūt Ecci. ⁊ Jacobi dicēdū ꝙ non dr̄ ꝙ ꝓp vnum vitium incurrat aliquis alioꝝ vitioꝝ ꝓpo nitates ⁊ defectibilitates necessario ⁊ immediate sed hoc dr̄ q: qui peccat in vno peccato charitatē perdit in qua est plenitudo meritorū ⁊ impletio mandatoꝝ xpi. Aut certe dr̄ ꝙ ꝑdit multa bona ⁊ fit reus q̄tum ad oīa pro eo ꝙ priuat̄ omnibus virtutibus gratuitis. Uel tertio mō q: perdit oīa merita que prius habebat. Efficiunt̄ eniz ex vno pctō mortali oīa inutiliā ad gloriaz exequendā. Uel quarto mō dr̄ multa bona perdere ⁊ omniuz reus eē: q: merito vni⁹ pctī perdit eterna premia que omnibus virtutibus ⁊ meritis erāt reddēda. Hoc aūt non est ꝓp ꝯnexionē virtutū ⁊ dotum siue p̄mioꝝ eis correspōdentiū ob quā ꝯnexionē si q̄s vno ipsoꝝ bonoꝝ ꝓuat̄ necesse est vt ꝓuet̄ ⁊c̄.

Quinto querit̄. Utꝝ sit ponet̄ equalitatez in habitibus gratuitis. Dicunt̄ habitus virtutes ⁊ dona cū grā gratūfaciente de q̄bus querit̄. Utrū sint equales i habēte. ¶ R̄nsio vide textum pulchrū. Et p̄mus modus dicendi est melior, securior ⁊ subtilior iō tene ip̄m. ¶ Ad illā auctoritatē p̄me corinth. xiij. Nūc manēt fides spes ⁊ charitas tria hec maior āt hoꝝ est charitas. Hoc intelligit̄ rōne exercitij l actu suo in quo plus haurit̄ de grā: ⁊ minor est occasio piclitandi. Affectus. n. amoris diuini dum abstrahit a terrenis: facit recedere ab occasione peccati. Dum vero vnitur celestibus facit inde haurire humorem grē spiritussancti.

Sexto queritur. Utruz charitas sit forma virtutum. ¶ R̄nsio habitus cuiuslibet virtutis pōt tripliciter considerari. Uno mō per comparationē ad suum obiectum. Scđo mō ad subiectuz. Tertio mō ad finē vltimū. Uirtutes comparate ad sua propa obiecta hñt proprias formas q̄bus distinguūtur q: hñt proprias formas ad in seipsis: ⁊ sic nō sunt formales nec ꝑfectibiles ab aliquo vno cum ipse sint forme ⁊ ꝑfectiones distīcte. Si aūt loquamur de virtutibus in comparatione ad subiectū sic forme sunt: ⁊ tñ nihilominus formabiles. Forme q̄dem sunt informantes subiectū q̄tum ad bonitatem moralem per seipsas: tñ non sufficiūt q̄tū ad bonitatem gratuitā per quam anima efficit̄ deo placita ⁊ accepta. Et iō perfici possunt ⁊ formari p grām que simul gratificat animam ⁊ habitus existens in illa. Postremo si loquamur de ipsis habitibus virtutuz in cōparatione ad finem vltimum sic forme sunt. ⁊ formabiles ēt: Forme sunt q̄dem q: dispositiones ip̄ius anime ordinantes ad ꝑueniendum in finem formeabiles tñ sunt: q: ⁊ si oēs disponāt ad tēdendū ad finem vltimum: ꝑfectio tñ attendētis venit ex ipsa charitate. Sicut corpores grauia iclinant̄ ad centrum per pondus mollis. Sic spūs tendit ad summū per pondus dilectionis. Iste tñ doctor semper ponit differentiam inter charitatem ⁊ grām per charitatē secundum ipsuz semper meremur: per gratiam summus accepti deo: tamen Scotus non ponit differentiam.

Circa distinctionē trigesimamseptimam queritur. Utꝝ deus debuerit homini imponere mādata obligatoria. ¶ Nota debitū duplex est: quoddam obligationis quoddam congruitatis. Istud nomen deus cum isto verbo debeo debes. semper importat venenuz: questio non est de debito obligationis: sed ꝯgruitatis. Mandatum dr̄ quasi manu datū. Mandatū: preceptuz: ꝓhibitio dr̄nt. Mandatū est cōe ad preceptū ⁊ prohibitionē. Preceptū. n. est tm̄ de mandato affirmatiuo ꝓhibitio de mandato negatiuo mādatū aūt respicit affirmatiuū ⁊ negatiuū. ¶ Decalogi dr̄ a đcas grece ꝙ est decem: ⁊ logos ꝙ est verbum quasi sermo decem verboꝝ. Un dei mandata dr̄r decalogus. ¶ R̄nsio dōz absq̄ dubio verba decalogi debuerunt dari per modū precepti. Intelligo de debito congruitatis ⁊ obligatiōis: q: deus nulli obligatur. Ita ꝙ non solum in eis hō instrueret̄: verumetiā obligaretur. Et rō huius est: tum q: deuz decebat: tum q: nobis expediebat: tum vtiq̄ đcebat: q: in his verbis đcalogi ꝯsistit regula iustitie sm̄ ꝙ dictat lumen recte rationis. Et qm̄ deus tan q̄ iustus dz esse emulator rectitudinis ⁊ iustitie ⁊ in subditis ⁊ in seipso. Hinc est ꝙ hoi leges imposuit iustitie: ad quas ipsum obligauit vt nullo mō liceret ipsum ipune pretergredi. Uerba igitur decalogi p modum obligationis debuerūt dari: q: sic decebat diuinam iustitiā ⁊ equitatem: nec tantum decebat equitatē imo etiam eius maiestatez. Sicut. n. decet summā maiestatez a creatura rōnali omni reuerentia coli: sic ēt decet ꝙ rōnalis creatura ad manifestationē illius summe maiestatis p obedientiā famuletur. Et propterea decuit ipsum imponere hoi leges ⁊ mandata obligatoria. Nō solum aūt decebat deū: sed ēt nobis expediebat tū ꝓp gloriam nostram augmentandā: tum ꝓp pacē conseruandā: ꝓp gloriam vtiq̄ augmentādaz: q: gloriosius est homini obtinere beatitudinē p merita quam sine meritis. Et qm̄ cum aliud redditur ex meritis: quodāmodo hō qui meret̄ obligat sibi retributionē ⁊ magis decet hoiem obligari đo q̄ deum hoi. Hinc est ꝙ ad opa per que contingebat mereri debuit hō p precepta obligari vt dum obligatus obediret in merito ꝓficeret ⁊ ad maiorem cumulū glorie perueniret. Alia ē ratio ꝓpter pacē ꝯseruandaz que tm̄ bonū est (sicut dicit augustinus) vt cetera pacē appetant. Pax aūt seruari nō potest vbi homo vsurpat sibi quod ē alienū. Ideo vt pax seruaretur inter hoies: debuit deus mādata homini tradere i quibus obligaretur: ne quod est alienum vsurparet: sed redderet deo: ⁊ primo

quod eis deberet ne alteri iniuriam faciendo pacē frangeret ⁊ frangendo pacē ipse in se pacem amitteret: sic ergo decuit verba decalogi tradi per modū obligationis ⁊ precepti: tū q2 decens erat ex parte dei: tū q2 expediens erat ex parte nostri. ¶ Ad auctoritatem apli qua vult ꝙ mandatū incendit concupiscentiā Ro. vij. Dōm ꝙ illud veritatem hȝ: ſȝ valde per accidens ⁊ occasionaliter. Ex hoc. n. ꝙ ꝑ legem erat peccati cognitio: cum per ipsaȝ nō erat gratie collatio: ꝯcupiscentia incendebatur in vetitum ⁊ hoīem sciētē fecit perpetrare peccatuȝ: ex hoc occasionaliter fiebat ⁊ ipsius ꝯcupiscentie incensio ⁊ peccati aggrauatio. Sed hoc non erat de presenti intētione ferentis mandata: nec de ipsoꝝ obligatione mandatoꝝ. Nam dñs tribuit mādata obligatoria ꝙ semꝑ fuit paratus ⁊ prōptus tribuere gratiam adiutricē ad illa implenda. Unde ꝙ per mandatoꝝ obligationem augeref concupiscentia: hoc non erat ex ipsis mandatis: sed potiꝰ ex negligentia ⁊ culpa hoīs. ¶ Ad tertium argumentū vero dicif ꝙ obligatio repugnat libertati: peccandi posse aut peccare non est libertas nec ꝑs libertatis. Et ideo dum obligatio mandati repugnat libertati malefaciendi libertatē non minuebat: sed potius augebat. ¶ Cōtra arguif sic liberalius dat aliquod donū qui dat sine onere ꝙ̄ q cuȝ oneris impositione. Si ergo obligatio ꝑceptoꝝ magnum onus est ⁊ deus liberalissimus vr̄ grām ⁊ gloriam debuit dare homini: ita ꝙ ipsum nō obligaret ad aliquod mādatū. ¶ Dōm ꝙ ⁊ si maioris libertatis sit ex parte dantis: non tñ est tāte glorie ⁊ excellentie ex parte suscipientis. Et qm̄ deus in conferendo premiū non tantum intendit sue libertatis manifestationem: imo etiaȝ glorie nostre promotionem. Hinc est ꝙ maluit nobis eternam beatitudineȝ per impletionē mandatoꝝ ⁊ meritū obedientie: ꝙ̄ nullo merito precedente.

Secundo queritur.

Utrum precepta decalogi obligent ad opa formata. i. meritoria. i. Utrū homo obligetur ad implenduȝ mandata ſm inclinationem charitatis. ¶ Rñsio in ista qōne est triplex modus dicēdi. Primus nimis austerus. Secundus nimis remissus. Ideo Bonauentu. ponit aliū modum qui est tenendus. Et respondet sic ꝙ. Opera formata possunt dici dupliciter. Uno mō per exclusionem deformitatis peccati. Alio modo per impositionē dignitatis meriti. Si primo mō accipianf opera formata sic vtiqȝ ad opa formata obligant. Obligant. n. ad vitandum oīa peccata mortalia. Si aūt dicantur alio modo opa formata sic accipiūtur proprie: ⁊ tunc distinguēdum est in ipsa obligatione. Est. n. obligatio absoluta ⁊ obligatio ꝯditiōalis. Obligatio absoluta est qua quis simplr ad aliquid faciendū obligatur: ita ꝙ si illō non facit incurrit omissionis reatū. Obligatio vero ꝯditionalis est qua quis obligaf ad aliquid faciendū. si vult peruenire ad premiū: ⁊ hec obligatio in eo qui omittit: nō inducit omissionis penā sed ponit implicite ꝯditiōis defectū. Si igitur loquamur de obligatione ꝯditionali: mandata decalogi obligant ad opa formata. Si quis. n. vult ad vitā ingredi: necesse est ex charitate seruare mandata: que quidē charitas est meriti principiuȝ. Si aūt loquamur de obligatione absoluta: tunc distinguendū est in ipsis mandatis: ꝙ dupliciter conuenit de eis loqui. Aut de eis in vnū collectis prout hñt reduci ad mandata duo charitatis. Aut ꝺ quolibet per se sigillatim. Si de eis collectis in vnum cū igitur ꝯtineaf regula iustitie ſm ordinē ad deum ⁊ ad proximū per quā excluditur omne peccatū sic ꝯcedi potest ꝙ obligāt ad aliqō opus formatū. Uel in se hȝ vñ exire possit in illud: vel in dispōne si nō hȝ vnde possit in illud exire: vel in dispōne sine per preparationē ad illud. tenef. n. hō sic mandata decalogi implere vt per ipsoꝝ impletionē preparet locum ipsi gr̄e: qua obtenta exeat cū locus ⁊ tps est in opera meritoria adimplendo duo charitatis mādata. Si aūt loquamur ꝺ quolibet sigillatim ⁊ ꝑ se: sic accipiēdo ꝓprie opus formatū. Hoc est opus meritoriū: ⁊ loquēdo de obligatiōe absoluta: mādata decalogi nō obligāt ad opa formata.

Tertio queritur.

